


CORONA
DECENNII

xplanationi Theol: moralis utri:
usq; lectionis impensi,

SEU
Practica ratio agendi
*In arcano colloquio, Confessarij
docti & Doctoris*

Cum pænitente præsertim rudi;
pus conscientiæ arbitris, & pæni-
tentibus perutile, propositum
er varia Confessionum paradigmata,
Operosè collectum
*Ex generalibus principiis recentio-
rum Theologorum.*

Authore.

P. JACOBO BARTOŁT
Soc: JESU Theologo.

*ypis Coll: Regij Varsaviensis S. J.
Anno Domini Quo
ores DoCens Corona noXas eXtVrbat ratione.*

Benedices Coronæ anni benignitatis tuæ.

Psal: 64. v. 12.

Antiquitus dabantur Coronæ Sapientibus in signum, eos honore & gratiâ aliorum dignos esse.

Lyranus.



ELOQUENTIA
L I G A T A

In celſas humilī metro & infrà cōdignū
Compendiosè ſoluta panegyres
Debitas, cælis æmulo Nomini ampliſſi-
mi Mecœnatis

*Illuſtriſſimi, Excellentiſſimi, & Reve-
rendiſſimi Domini, Domini*

ANDREÆ
STANISLAI KOSTKA
In Załuſkie
ZAŁUSKI,
DEI Gratiâ Epiſcopi
P L O C E N S I S

*Qua Illuſtriſſimorum Natalium, qua
virtutis & ſapientiæ Clarore,
Qua Gentilitij AGNI Candore,*
Maximorum Candidati Honorum.

PRæſuleus Solis radioſi eſt æmulus
AGNUS,
Phæbus non ſpargit lumina fulva ſibi.

Lustrat & illustrat latissima regna per Orbem
Vellere ditescit non sibi, & ille suo.
Divitibus fortis non pridem cornibus AGNI
Erectæ steterunt pergama lata Scholæ:
Quin collapsa steps probitas Plocésis in Ora
Telluris, zelo vivificata pio.
Nunc pronos CASUS in cælos erigis AGNE
Cælo debetur fulva Corona tibi.
Fama feret largæ per terras munera dextræ.
Lucida Te gratus Clerus ad astra vehet.
Semper honos Nomenq; Tuum laudesq; manebunt.
Augebit nomen parva Corona libri.
Si liber hic ibit per vasti climata mũdi
Te feret, & per Te lumina pulchra dabit.
Si quæris libri caput est quod, quæve Corona?
Tu, Caput AGNE potens, Tuq; Corona libri.

Omnes

Omnes fata premunt, omnes dilabimur orbe.
Casibus in positis ipse perennis eris.
Non licuit populis parvũ te Nie videre Claud:
Magnus es & celsæ stirpis honore valens.
Demonstrat magnum Virtus, Sapientia cælis,
Nec mAGNUM hoc libro tristia fata prement,
Hic absterrebit validi conamina lethi,
Stemmate signatis Cornibus AGNE Tuis.
Quod si Te rapiant cunctis communia fata,
Æternos annos ista Corona dabit.
Quæ Tibi mens devota precatur, vota secundet
Gemmea cunctipotens ipse Corona DEUS.

AP.

APPROBATIO.

LIbellum, cui titulus CORONA DECENNIJ, eruditâ operâ & pio labore Admodum Reveren di Patris Jacobi Bartolt, Societatis JE SU Theologi Conſcriptum, practican rationem agendi in arcano Colloqui Confeſſarij docti, cum pœnitente præ ſertim rudi in ſe continentem, legi dignumq; adinveni & approbavi, qu propter publicam utilitatem prælo excudatur. In quorum fidem datu Pultoviæ Die nona Menſis Julij An no Domini 1726.

Paulus Dominicus Dromler U. J. D. Ca thedralis Plocenſis & Pul tovienſis Canonicus, ac in eadem Diœceſi Librorum Cenſor.

FACULTAS.
R. P. PRÆPOSITI
PROVINCIALIS Litvanæ Provinciæ Societatis JESU.

CUm librum, qui inſcribitur CORONA DECENNIJ, à P. Jacobo Bartołt noſtræ Societatis Sacerdote conſcriptum, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint; & in lucem fructuosè edi poſſe iudicaverint; poteſtate mihi facta ab Admodum Reverendo Patre noſtro Michäéle Angelo Tamburino, præfatæ Societatis Præpoſito Generali, concedo, ut Typis mandetur, ſi ijs, ad quos pertinet, videbitur. In cujus rei fidem has literas manu mea ſubſcriptas, ſigilloq; munitas dedi Vitebſcij 12. Xbris 1725.

VLADISLAUS
DAUKSZA S. J.

Ad Lectorem.

EXperientiâ magiſtrâ didicerũt, qu
examinatoris in ordine, ad excipi
endas Confeſſiones, munus practicè o
bierunt, interdum Confeſſarios ſcir
generalia principia rite præſidend
Sacro tribunali; at dum venit coronã
da condigna praxi ſcientia in diiudi
canda conſcientia, hallucinari, hærere
& ad peccata non rite explicata, velut
mutus piſcis tacere, omnino interro
ganda non interrogare, docenda non
docere, nec morbis mederi. Proinde
quâ interno impulſu, quâ Doctorum
monitu, & ſvaſu inductus ſum ad tra
dendam practicam methodum agend
cum pœnitente. Utere hac lector,
& velut Ariadnæ filum, in perplexo
tot difficultatum foro, in conſcientiæ
Labyrintho prehende, & à recto Sacræ
Tuæ fũctionis tramite haud exerrabis.
Ne etiam ceſpites, ſancta & individua
textuum Trias præluceat. Imus eſt
Hugonis in Matt: 23. *Si erramus, mo-*
dicam pœnitentiam imponentes, nonne

meli-

melius eſt, propter miſericordiam dare rationem, quàm propter crudelitatem deficere pænitentem. 2dus eſt S. Chryſoſtomi: *Ubi Paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax. Si DEUS benignus, utquid Sacerdos auſterus? Vis apparere Sanctus? circa tuam vitam eſto auſterus, circa aliorum benignus.* 3tius eſt Lucæ Abbatis, qui in illud Can: Labia ejus diſtillantia Myrrham, ſic ait. *Labia Chriſti eſſe Confeſſarios, quia per illos loquitur Chriſtus ad cor pænitentium, eisq́ Myrrham pænitentiæ, vitæq́ auſteræ inſtillat.*

Quodſi in hoc theatro vitæ humanæ pænitentis refers perſonam, ad hanc ritè in conſpectu Regis Regum effingendam, animant te fidei, & morum Magiſtri, ſequentiumq; textuum faces miniſtrant, 1ma fax eſt S. Antonius Padv: Dom 3. quad: *Multis Cameris dæmon habet, vel habere poteſt ingreſſum in domum Conſcientiæ noſtræ, ſcilicet animæ; ſed tamen nunquam, niſi per unum oſtium poteſt exci,*

&

& expelli, scilicet oris, seu Confessio-nis. 2da est Vincentij Ferr: Dom: 12. post Pentec: *Non dicit ostendite caput vel faciẽ, aut manus, sed Vos, id est omnes plagas ostendite Sacerdotibus. Recta Confessio, non est nisi ostensio plagarum.* 3tia Cassiodori in Ps: 74. *Mortem plerumq; generat vel semel terreno Judici crimina confiteri; DEO autem frequentata confessio, non parturit periculum, sed salutem.* 4ta S. Bernardini Sen: serm: 15. *Plerïq; minimum aut nullum fructum de confessione reportant, quia imparati ad illam vadunt.* Jnterea quisquis es, monitum te volo Lector, si hujus operis principium rite legere voles, incipe à fine, DEO Optimo Maximo, memor illius effati:

Finis Coronat opus.

Li-

LIBER TRICEPS

In uno Capite Coronato.

LIber hic triceps in uno Capite non refert ſpeciem mōſtri. Tria ejus uno grandiori, capita, formam non informem, ſed ſpecioſam eximia recentiorum Theolog: venuſtate, commonſtrabunt, dum anguſtū ſuum ita exporrigent ſinum, ut auguſtum Confeſſarij, quâ probi judicis, quâ periti medici, quâ ſapientis Doctoris, & Conſiliarij munus complectantur. In aliquibus tamen Cofeſſionum, utiq; non ex foro interno acceptarum, paradigmatis, ſolum munus judicis, ſed ad debitam noxis pænam haud

haud condemnantis exercebitur, n
quòd non debeant pænâ proportio
tâ iniquitates in Sacro tribunali ple
sed quòd brevitati operis consulat
& ex prænotatis quantitas pænæ pæ
tentibus destinanda perspiciatur.

Expeditis confessionum paradigm
tibus, Corona Stellarum 12. hoc est
dians in 12. resolutionum moraliu
exemplaribus lux redimiet, lib
tricipitis

CAPUT Unicum

De triplici munere Confessarij

ANtequam triplex hoc unico Capi
munus Confessarij in ratione age
di cum pænitentibus paulò longiù
evolvemus, prænotatis aliquibus gene
ralia principia Theologorum brevite
involvemus.

Prænoto 1mo. Ut pænitentem, qu
scienter non explicat numerum ve
speciem peccati mortalis, sic & Con-
fessarium, qui non habitâ justâ causâ
ne

negligit interrogare, quoties & in qua
specie ſit peccatum, delinquere morta-
liter, adeoq; teneri quærere; ſi occur-
rat immediatè ante abſolutionem, non
eſſe factam in materia Confeſſionis
neceſſariâ interrogationem. Sacerdos,
nim eſt judex, ergo debet cognoſce-
re cauſam, ſive peccata omnia, quæ pæ-
nitens tenetur ejus ſententiæ ſubijcere.
Nec in hoc tribunali habendus reſpe-
ctus perſonarum, quia Chriſtus (ut
ait P. Gobat) *non condidit pro Prin-
cipum, vel Magnatum Confeſſionibus
peculiarem Theologiam, ſed voluit o-
mnes eadem lege teneri.* Diſcretè ta-
men pænitens enumerans peccata de-
bet iuvari interrogando, ne confeſſio
reddatur odioſa. Imò non tenetur Con-
feſſarius interrogare, ſi ſciat pæni-
tentem noſſe, quid ad validam exomo-
logeſim requiratur. Hinc Religioſi,
Clerici, & alij in Theologia verſati nō
facilè interrogandi, niſi clarum ſit,
quòd aliquid omittatur, vel non ſatis
diſcernatur ſpecies peccati, vel aliquid
neceſſarium,

Præ-

Prænoto 2do. Dum Confessariu quærit numerum, vel speciem peccat supponi ordinariè debet illud peccatum esse mortale, vel dubium de eo. Non enim tenetur, quamvis possit interrogare numerum, vel speciem peccati venialis, cùm id solùm sit sufficiens materia pænitentiæ. In hoc au opere confessarius supponitur, agend cum pænitente, interrogare numerum & speciem solius mortalis. Pæniten quoq; in secuturis paradigmatibu Confessionum, cùm addit numerum certum, vel plùs minùs, supponendu est mortalia confiteri.

Prænoto 3tio. Confessarium debere statim interrogare, ne postea obliviscatur, si pænitens ex scripto confiteatur, & omittat aliquid, quod omnino addi deberet. Imò etiam si pænitens de memoria cõfiteatur, meliùs statim interrogare, si Confessarius per experientiam scit, se in fine plerũq; oblivisci: Expedit tamen priùs audire, quodnam peccatum dicere voluit,

post

oft illud,quod non ritè explicabat,ut
ostea reduci queat ad cursum suæ
onfessionis.

Prænoto 410. Cùm etiam in Sacro
Tribunali ad munus judicis spectet
ausam bene intelligere, & proportio-
atis pænis noxas plectere, obligari
onfessarium,congruas peccatis pæni-
entias injungere. Porrò quanta pro
no mortali pænitentia sit proportio-
ata,respondet Arsdekin in trip: The-
olog: *esse proportionatam coronam sex*
decadum: non tamen iuxta eundem, op9
est pro 100. mortalibus iniungere 100.
coronas, sed hoc relinquitur determi-
nandum iudicio prudentis Confessarij.
Et consultiùs est interdum minoribus
pænitentijs plectere, quàm maioribus
à Sacramento reflectere. Hinc possunt
aliquando pro pænitentia iniungi con-
sveta ieiunia Ecclesiæ, Missæ auditio
die Festo,& alia ordinaria diei opera:
Ordinariè tamē imponenda est oratio,
jeiunium, eleemosynæ, spectata condi-
tione, & capacitate pænitentis.

Præ-

Prænoto 5to. Ut Confessarius e
æquo functionem Doctoris & Cõsilia
rij impleat, teneri eum imò ad hoc
ut illum moneat, qui ex ignorãtia mor-
taliter culpabili est in malo statu. S
verò sit invincibilis ignorantia, *vg:*
in hac pænitẽs nupsit affini in 2do gr
du, obligari quidem ad monendum
docendum cùm est spes fructûs ne
mala graviora timentur, sed non debe
re, nec posse monere, si non sit spe
fructûs, vel prudenter gravius mal
timetur. Obligatur enim bono pæni
tentis providere. 2dò. Teneri motiv
à peccatis absterrentia pro condition
& qualitate, ac capacitate pænitentis
præsertim rudis proponere, & minù
rectè dispositum ad dolorem efficacem
excitare; Suggero hic aliqua motiv
1*mò*. Unicum mortale detraxit Ange
los è Cælo ad ignem æternum. Adam
& Evam ejecit è Paradiso, & tu pos
tot mortalia quid non mereris? Quan
ta Dei bonitas, quòd te hucusq; inco
lumem servet, qui multos in actu pec
cat

cati perire fecit Vivus es in corpore ſed fœdiſſimũ cadaver in anima; Ancilla corpus vivit, anima Regiæ ſtirpis Domina; mortua probroſè iacet. 2do. Peccatũ mortale facit mancipiũ diaboli, tã crudelis hoſtis ut ſi DEUS permitteret, uno quadrante omnes in orbe homines internecioni daret, & tu ei te tradidiſti peccando. Nolles rebellis eſſe DEO, ſi ſcires, te in pænã peccati. Turcarũ mancipiũ futurũ & auſus es; te ſæviori tyranno in ſervitutẽ crudeliſſimã dare. 3tio. Quodvis mortale occidit animam tollendo gratiam Sanctificantem quæ eſt vita animæ. Si ſcires in pænam peccati ſtatim interficiendum, utiq; legem non prævaricareris, & auſus es peccare, ſciens, fore, ut moriaris in anima, præſtantiſſima tui parte. Plus tu æſtimas vitam ancillæ huius Sordidæ carnis, quam vitam Dominæ animæ immortalis. 4to. Unicum mortale privat hæreditate regni cœleſtis. Si ſcires, tibi mox poſt peccatum omnia, quæ habes amittenda, utiq; non peccares,

& victas dedisti sceleri manus, bene gnarus, exuendum te aurea chlamyde gratiæ Divinæ, animam Sanctificantis, & tamen juxta S. Thomam: *Bonum gratiæ unius est maius, quám bonum totius universi, & peccare ausus es sciens te sic exutum privandū iure ad Regnum cæleste.* Pluris æstimasti lutum quàm aureos montes, bona transitoria, quàm æterna, pomum putrescens, quám Regnum. 5to. Si quis haberet vitam tuam è filo pendulam, quod semper posset præscindere, utiq; ei non malediceres, aliàs mittendus ex alto in lacum rabidorum Leonum subjectum; & DEO toties maledixisti, quoties male vixisti, & tamen ille, cùm posset statim deijcere in gehennam, te conservat. 6to. Quid tibi boni fecerunt dirissimi tui hostes mundus, caro & dæmon. Non tibi vitā, non vitæ bona dederunt, & tamen illorū obsequio te mancipasti, & noluisti obsequi DEO, qui te, & pro te tam multa fecit. Quid mercedis pro tuis

obſequis ab his hoſtibus recipies? Non aliam mercedem, niſi vermem in conſcientia, damnum in fama, turpitudinem in anima; pænas æternas in inferno. Si ſtipendia mereretis apud tyrannum, utiq; fugeres ab eo, ſi poſſes ad Dominum divitem, ſvavem, liberalem, Sanctum. Fuge & ab his hoſtibus per ſeriam vitæ emendationem, fuge ad Dominum DEUM & Patrẽ tuum, & implebit omnia tua deſideria 7mò. Non venderes equum vel villam guttâ mellis, quid eſt voluptas in peccato, niſi ſtilla dulcoris? & tamen pro huius pretio nullò, reddidiſti hoſti tuo animam præſtantiorem mundi theſauris, ut innuit Hyppon: Doctor dicens. *Unusquisq́ animã ſuam vendit diabolo, accepto tanquã pretio dulcedine temporalis voluptatis.* 8vò. Non attentares in Principem tui peramantem inſurgere, & auſus es in Regem Regum delinquere, & tamen ex ſenſu S. Chriſoſt: hom: 62. in Matt: *Quantum centum denarÿ à decem millibus ta-*

lentis, tantum, imo verò multo plus, ea quæ in hominem peccata distant ab his, quæ in DEUM committuntur. Terra respectu cæli est veluti punctum, Cælum & terra respectu DEI, est quid minus & tù quid es? & tamen in tantam peccare ausus es Maiestatem? O homo mentis emotæ! 9no. Si esses filius cuiuspiam Principis, nunquam velles esse filius rustici mancipij & tamen cũ esses filius Regis Regum per gratiam sanctificantem factus es per tot scelera filius dæmonis. Ut innuit Christ: Joan: 8. v. 44. *Vos ex patre diabolo estis* 10mo. Si scires te statim post peccatum in aliquam bestiam vel monstrum transformandum, utiq; nolle peccare: & peccasti; cùm tamen *sicut in corpore humano os serpentium, sic in anima humana vitium detractioni sicut in corpore humano rostrum porcinum, sic in anima humana gulositatis vitium, & sic aliis. Imo incomparabiliter maioris indecentiæ Monstrositas ista Spiritualis, & magis horribili*

aspe-

aspectu quam illa corporalis. Gviliel: Paris: l. de virt: c. 7.

Prænoto 6 to. Cum incumbat Confessario etiam munus medici rite exequendum & cùm nullum in periculo proximo peccati versantem possit absolvere, debet per media præscripta ex occasione proxima facere remotam. Sunt qui naufraganti in peccatorum Oceano auxiliarem non porrigunt manum, sed dissimulanter faciunt perire. Malè faciunt Duces militiæ qui suos milites armis validis contra hostes non instruunt, peiùs confessarij, qui remedia affiicacia, ignorantibus pænitentibus contra morbos animæ non suggerunt. Remedia hæc complura in Theologia Catholica, Varsaviæ non pridem in lucẽ publicã edita Polonico idiomate proposui, hic aliqua ex mente Ascetarum in operis suggeram decursu Cum autem teneatur Confessarius, ut habituato interdum neget, interdum differat absolutionem, quatenus famæ pænitentis coram astantibus consulatur

debet ſuper monitum prius pænitentem de non danda abſolutione pro ferre, vg: Miſereatur &c: & omiſsâ formâ abſolutionis facere Crucem tacitè dicendo vg: Ego te benedico In Nomine Patris. &c:

Prænoto 7mo. In ratione agendi confeſſarii denotati per C. maiuſculum cum pænitente ſignato per grandius P. intelligitur Confeſſarius carens jurisdictione in caſus reſervatos, ut hinc meliùs innoteſcat, quô recurſus cum huiuſmodi noxis fieri debeat. His prænotatis præcurrat alijs.

Ratio agendi cum Sacrilego Pænit:

P*Ænit:* Benedicite Pater *Confeſ:* Dominus ſit in corde tuo &c: P. Confiteor DEO, quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere. Poſt Confeſſionem factam à menſe; invanũ nomen Domini invocavi. C. an tunc

invo-

invocâsti cùm mentituses? aut dubitabas de tuæ assertionis veritate. P. ita est. C. quoties ergo DEUM testem 6. mendacii fecisti? P. aliquoties. C. dic certum numerum perjurij, ut tibi dictat conscientia, fuit ne decies tale perjurium? P. fuit & pluries. C. quoties ergo? P. vigesies. C. quare prius dixisti aliquoties, dicendum prius erat: peieravi 20. scito te gravem tuis perjuriis dishonorem DEO præsenti fecisse. Non auderes principem personam toties quoties in testem mendacij vocare, & ausus es orbis Dominum, qui tale nefas etiam subitanea morte punivit, ut habet vita S. Edvardi Regis. *Minus creditur hominibus, qui jurant frequentiùs*, ait S. Basil. in Ps. 14. Et hæc est perjurorum pæna, ut etiam si verum jurent, non credatur eis. Perge ultra. P. Quoddam mortale peccatum in præteritis confessionibus ex pudore reticui. C. *peccare nos cogit fragilitas innata, & confiteri prohibet confusio peccati cognata. Malum enim fa-*

cere pudor non est, & pudor est confiteri, timemus dicere, quod committere non timemus. Hæc tibi Chrisologus serm: 34. tu mihi explica, quod
7. nam fuit illud mortale. P. Copulam habui bis cū sponsæ meæ consangvinea in 2do gradu. C. Nupsisti ne postea huic sponsæ P. nupsi. C. putastine id licere. P. Dubitavi an non intercedat aliquod impedimentum dirimens. C. Omnino intercedit affinitas dirimens matrimonium. Debes talem fictam uxorem deserere P, non possum sine scandalo, infamia & aliis gravibus incommodis, præsertim cùm susceperim ex ea 3. liberos. C. saltem debitum à ficta coniuge ne pete, nec ei
8. redde, & cum illa interea sic versare semper præsentibus arbitris, tanquam cum sorore tibi exosa, & in alio tecto pernocta, donec dispensatio superveniat. P. Bene sed quis poterit in hoc dispensare? C. potest etiam Episcopus sed in foro conscientiæ solum, idq; si hæc omnia verificentur in te: hoc

est

est si matrimonium tuum fuit publicum & impedimentum occultum de quo etiam sponsa prorsus nescivit; item si in separatione esset scandalum & non sit facilis aditus ad Papam ob paupertatem vel aliam causam, vel certè ob periculum usûs putati matrimonii. Cardenas in crisi d. 79. n. 2. &c: quod tenet, & si sponsus ante matrimonium cognoverit Matrem sponsæ Vide P.l LaCroix l. 6. par 3. n. 835. P. ista omnia in me concurrunt, supplico Pater age meam causam. C. fac quod faciendum dixi ego curabo ab Episcopo dispensationem. Sed impedimento per dispensationem, sublato ut tuum convolescat matrimonium, debebis illud privatim etiam sine parocho & testibus côntrahere ponendo cum sponsa novum consensum, allègata hac vg. ratione quod in priori in facie Ecclesiæ contractu, consensum non habueris. Consensus enim invalidus, re ipsa non fuit consensus cum fuerit nullus & irritus. V. La

Cro-

Croix &c: ſed de hoc puncto conve
es me extra confeſſionem, meliùs i
9 formandus. P. dictis morem gera
C. quot annis in tali perſiſtis m
trimonio? P. 10. annis. C, quoties
uſus es conjugio? P, DEUS novit.
id probè ſcio, ſed & confeſſarius
officio judicis, id debet ſcire. Fuit
talis uſus quotidie ſemel? P, ita e
intercesserunt tamen ſaltem 12, Men
in quibus vel abſentia, vel infirmit
prohibuit uſum,. Tactus autem turp
extra tempus coitûs fuerunt quotid
bis plꝰ minꝰ C. à quot annis illud pecc
tum cum conſangvinea ſponſæ ſacril
gus ſubticuiſti? P. à 12. C. quoties ſi
gulis annis confeſſus es, & Sacro ep
lo refectus memor obligationis con
tendi? P. ter, plꝰ minꝰ C. hæ tuæ co
feſſiones, & Communiones fuerunt ſa
crilegæ, & infructuoſæ. Meliùs foret, ſi
hucusq; nunquam eſſes confeſſus. Re
petendæ tibi ſunt confeſſiones, his 12.
annis factæ. Itaq; compara animum
pro confeſſione generali & comparatus

ſiſtes

stes te Sacro Tribunali. P. scio, quid me premat, possum ulcera mea etiam 10
nunc detegere. Fac quod vis Interea prius quæro ex te Confessus es mihi perjuria conmissa post ultimam confessionem, an etiam his fuisti obnoxius à puero, & quoties? P. difficilè est assequi numerum. Puto singulis hebdomadis totâ vitâ, quæ est annorum 35 me peierasse 6· plus minus. semel autē cum gravi damno tertij, sed hoc damnum non vivente parte læsa, quantocyus ex asse compensabo dando pro Missis de Requiem stipendia, pro Xenodochiis stipem. C. publicum cum gravi damno tertij perjurium, est in hac Diæcesi casus reservatus, at ego careo jurisdictione in reservata. P. sed ego hoc scelus sum confessus habenti potestatem absolvendi à reservatis, C. si ita est, possum absolvere, quia per confessionem etiam invalidam factam coram habente potestatem in reservata, tollitur reservatio peccati, etiam si fortè quis oblitus fuit, incul-

pabi-

pabiliter reservati casûs, nam tunc confessarius vult facere, quantum potest, sed potest tollere reservationem peccati non cogniti, ut habet LaCroix l 6. Lugo Viva &c: contra Suarez &c: P. etiam tres alios singulos se-
11 orsim induxi ad peiurium cum præfato damno. Pollutiones tactu proprij corporis causavi 30. pl9 min9 C. fuit ne tunc desideriũ ad aliquas personas vel affectus? P. fuit ad liberas, & maritatas imo ad quascunq; C. dic quoties? P. ad liberas 15. pl9 min9 ad maritatas 8. pl9 min9 ad quascunq; 7. pl9 min9 C. per quascunq; solasne liberas intelligis? P. solas. C. fuitne etiã pollutio seu mollities voluntaria sine affectu ad ullã personã? P. fuit b. s. C. ignis lignis, stimuli carnis tactu crescunt. in honorẽ Christi manuũ perforatarũ, abstine manus à tali contactu, & mente ad DEUM conversa per actus contritionis aliquẽ corpori inflige dolorẽ, vel recogita an dares consensũ huic tentationi, si tibi

hic

hic & nunc eſſet moriendũ, ſi te viri
tementes DEUM, viderent: vel in-
effabiles delicias cæli recogita, reſpectu
quarũ voluptates carnis ſunt merũ
fel: vel DEUM præſentẽ in adiutori-
um, ne ſuccũbas, invoca, vel mentẽ
aliqua re violenta alio abſtrahe, vg. ali-
quid memoriter, diſcendo aut retrogra-
de recitando. P. habui deſideria merè
interna ad perſonas voto caſtitatis li-
gatas 6. maritatas 10. liberas 20 ma- 12
ſculas 3. Defixi oculos in coitũ anima-
liũ cum affectu ad beſtiã bis, ad li-
beras 3. Cogitationibus obſcænis moro-
sè cũ delectatione deliberata ſine affe-
ctu ad ullũ inhæſi 10. pl9 min9 Can-
tiones obſcænas cecini pluries. C. Quo-
ties cũ delectatione plena venerea &
ſine affectu ad perſonã ullã? P. non me-
mini. C. fuitne 100? P. non fuit his
12. annis. C. ſed tota vitâ fuitne? P.
fuit & 500. C. ſic incluſiſti numerũ
minorẽ in maiore, ſed quoties ceci-
niſti cũ deſiderio? P. cũ deſiderio ad 13
liceras 40. pl9 min9 ad maritatas pl9

min9 C. an, & quot, & quali pecca
sumpserunt hinc alii occasioné p
candi? P. 10, pl9 min9, & pecca
solius impudicitiæ. C. Væ peccatori, q
solus non vult ardere in æternũ, s
etiã alios ad id pertrahit, diaboli
postolus. P jactabã me bis de forni
tione semel cõmissa. Imprecatus
14 matri malũ, id audienti, bis. De
xi in materia gravi & occulta
gravi damno famæ ter. C. in q
materia, & quẽ infamâsti? P. d
quendã militẽ fornicationi ded
& Sacerdotẽ certi ordinis sacril
coitu temeratũ. C. primus forte
non curat famã, sed Religiosi fa
teneris reparare. P. sed illi corã q
bus detraxi, non habuerunt fidẽ de
ctioni. C. cur ergo addidisti cũ g
vi damno famæ? P. de quodã e
cũ sit Nobilis, dixi, quod sit rustic
C. si is resciret? id à te dictũ, q
animo ferret? P. in diras & ra
ageretur. C. An famã restituist
P. non, sed nunc habetur ille Nobi
pro

pro tali, & corã quibus detraxi, sunt
vitâ functi. Unus tamen adhuc meâ
culpâ, famæ damnũ patitur, sed pari
modo me priùs infamavit. C. ut ser-
vetur æqualitas, debes famã restituere,
si ille tibi restituerit. P. sed nequeo 15
sine jactura famæ C. Utique fama tua
non est præstantior, quã fama ejus,
cui detraxisti? P. ita est. C. ergo re-
stitutâ tibi famâ, & tu debes restitue-
re. P. graves pænitentias pro mortali-
bus post confessiones sacrilegas non
implevi. C. nec tenebaris implere cũ
in solis validis confessionibus pæniten-
tia injuncta obliget. Sed nonne erro-
neè judicasti eas sub mort: implen-
das? P. ita est. Retraxi domesticos sinè
causa ab audienda Missa die Festo. C.
quot & quoties? P. 5. domesticos deci-
es retraxi, & ipse Missã partim ex ne-
gligentia, partim ex justa causa non au-
divi die Festo. C. quoties ex negligen-
tia? P. totâ vitâ vicibus 50 pl. mi. Jejunia
Ecclesiastica decies sine causa violavi.
C. quot diebus, quoties, & quomodo? P.

die-

diebus 10 bis in diē carnes manducan do. Nonne etiā comediſti diebus eſu rialib9 cū ſolis lacticinijs, & quoties? comedi 6 dieb9 ter in diē. C. nonn etiā ſine juſta cauſa comediſti bis d ſtricti jeiunii cibos eſuriales ad ſac tatē? C. comedi feria 3tia & 5ta ac Sa batho in quadrageſima, itē feriis 6 t per annū non impeditis aliis jeuni Eccleſiaſticis quia audivi id utrūq; e conſvetudine in hoc Regno, Poloni licere. C. conſvetudo ſequenda quā cō munitas ſequitur. P. juſſi ſerviliter ſ ne gravi cauſa laborare dieb9 feſtis. C quot feſtis & quādiu? P. Feſtis 20 pl9 min9 & horis circiter 4. ſingulorū Fe-
16 ſtorū. C. *Plus proficiunt bona veſtra ex bona obſervatione Feſti, quam ex ve ſtris laboribus*. Hæc S. Vincentius Ferrerius in aſc. Dom: tu ſcito eſſe pec: mort: laborare die feſto tribus ho- ris. Ita Gobat in clypeo n. 283. Fili &c: Quid habes amplius? P. pluriū non memini. Doleo de omnibus, quod DEUM offenderim, nolo amplius pec-

care

care. C. si aliquod grave peccatum postea tibi occurrerit, quod ad huc rite non es, confessus, debebis illud clavibus subijcere. Nunc agnosce DEI benignitatem, quæ te tam diu sustinuit, & iram creatoris plus non provoca. Laborasti strenuè pro inferno, labora post hac pro cælo. Non tibi quadret illud Kempisii. *Pro modica prabenda, longa via curritur, pro æterna vita vix pes a terra levatur.* &c. Ut autem pænas noxarum luas, pro pænitentia ieiunabis feriis 4tis toto anno. Confiteberis bis singulis anni mensibus, dices Coronas 6 dècadum 70 & alia opera tua DEO pro peccatis quotidie tota vita offeres. Jn occasione vero peccati recordaberis jam DEI præsentis judicis tui, jam Christi pro te passi, jam mortis & inferni, ad quem multi in actu peccati detrusi sunt. Quoties verò per annum tentationi aliquod ex his, vel simile medium non opposueris, toties sextarium dabis pauperibus, vel to-

ties in diem semel tantum capies cibum. Es ne contemtus hâc pænitentiâ P. sum contentus, sed adhuc mihi occurit, quod in una quadragesima extra tempus meridianæ cænæ, comedi sæpius esuriales in parva quantitate cibos, & quidem quavis die, ut hi cibi simul sumpti sufficerent ad explendum 2da. refectione appetitum.

17 C. *Paulum ieiunium in cælum evexit*, ait S. Basilius Or 1. Tu posthac cave, ne te gula in infernum præcipitet. Excitet in te amorem juiunij, S. Chrisost. hom. 2. in Gen. dicens: *Jejunium est animarum nostrarum tranquillitas, senum decor, adolescentium pædagogus, continentiæ magister, quod omnem ætatem, & sexum quasi diademate quodam Coronat.*

Misereatur tui Omnipotens Deus *&c.*

Ratio agendi cum palliante delicta sua.

PÆnit. Confessus sum pro Paschate, pecca

peccata absolvi. C. fors pænitentiam, non peccata. P. ita est Cogitationes malas habui. C. an maledicas, vel blasphemas vel alias. P. blasphemas. C. an placebant tibi? P. ita placebant sicut placeret fur ingressus concubia nocte domū meā. C. salva res. P. die esuriali & non esuriali comedi anates, & anatē una occidi. C. cur confiteris esum anatum? die non esuriali, cum id liceat, extra dies abstinentiæ à carnibus P. ego audivi esse peccatum C. *pro comedere in scriptura intelligitur imitatio, ille enim aliū comedere dicitur, qui mores ipsius imitatur*, ait Berchorius l. 2. mor: super Exod: c. 22. Si imitatus es anates pedibus vacillando ob excessum potus utiq; peccasti P rem acu tetigisti Pater. C. ergo dicendum erat: excessi mensuram in potu, ut pedibus vacillarem, Sed per cæsam anatem quid intelligis? P. animal alienum. C. comedisti ne id. P. horret natura talem cibum. C. anatem comedere non horret natura. P. sed

ego hominem occidi, vocatum Anas, C. ineptias loqueris, dicendum erat, hominem occidi. Compensâſtine damnum hinc ſecutum. P. nullum damnum fuit ſecutum. C. hic homo an erat uxoratus, & cuius conditionis? P. fuit ruſticus uxoratus. C. damnum uxori & Domino intuliſti, compenſa. At cur dixiſti fuiſſe indemne homicidium. P. quia nihil è rebus occiſi accepi. C. promittis ne damnum ex morte occiſi uxori liberis & Domino compenſare. P. hoc ho-
18 micidium fuit ſoli DEO notum. C. ſi tibi quis furaretur bovem valde occultè, an teneretur ad reſtitutionem P. utiq; C. ergo & tu teneris reſtituere, an id proponis? P. propono cingulum amiſi C. iterum ineptis, quid culpæ proprium cingulum amiſiſſe? Nonne illum cingulum intelligis? de quo Sanctus Chriſoſt: ſerm: 23. innuit dicens: *Lumbos noſtros iubet Dominus adſtringi balteo caſtitatis.* P. mi Pater inſpector cordiũ es. C. quid ergo

an es fornicatus, & quoties? P. sum fornicatus bis C. habesne uxorem? P. habeo. C. hoc peccatum non est fornicatio, sed adulterium. P. sed illa cum qua commixtionem habui fuit libera. C. esto, tamen hoc nefas est adulterium. P. potui jocari cum uxore aliena C. multa potuisti, quæ tamen non fecisti. An re ipsa jocatus es? P. ita est C. nonne jocari intelligis verba obscæna? P. ita est. C. nonne fuit secuta hunc jocum copula. P. fuit secuta semel. C. cur has tuas noxas his palliis involvisti P. nolui nuditate oculos offendere. C. stultitia est, velle curari à vulnere, & vulnus medico non detegere. C: dolesne, quòd hac insincera confessione DEUM offenderis? P. doleo. C. quid habes amplius? P. nihil habeo. C. cur non confiteris peccata, de quibus ex publica fama constat. P. ut quid confiteri scienti. C. etiam notum aliunde peccatum debet confessario dici. Accusa te primo, quod operarium

tibi operas suas nolentem ultra locare, spoliatum in solis albis reliqueris, & ei nolueris debitum dare stipendium 2do quod grave damnum intuleris fortunæ tui vicini. P. utiq; has duas injurias jam compensavi & pro secunda etiam pænas à judice inflictas lui, ut quid ergo confiteri? C. ut ab his Sacramentaliter absolvaris. Accusasne te de illis P. accuso C. Doles ne quod DEUM offenderis, & proponis emendationem? P. doleo & propono. C. pro pænitentia jejunabis feriis 4tis quinq; aliquam eleemosynam dabis, & septiduo decies Pater & Ave recitabis; & alia opera ordinaria pro peccatis offeres recordaberis pænarum infernalium in periculo peccati &c: Misereatur tui Omnipotens DEUS &c:

Ratio prima agendi cum reservatorum reo.

PÆnit: C. D. O. in libro hæretici legi

gi bis paucas lineas continentes rem quæ est contra fidem. C. scivistine id esse vetitum sub excommunicatione Papali? P. scivi, sed Becanus ait: *Catholicos in Germania non excommunicari, quia legunt libros probibi-* 19
tos Hinc in Germania ut & in Polonia Inquisitores fidei non sunt. Et P. Layman ait: *in his partibus Septemtrionalibus, bulla cænæ, quo ad lectionem librorum probibitorum secundùm eum rigorem non est recepta.* Itaque in sententia P: Claudii LaCroix &c: peccavi graviter, illas paucas lineas legendo cùm me exposuerim periculo, & egerim contra finem totum legis, non tamen incurri excommunicationem. C. Novi bene hanc sententiam, tu quid ultrà. P. svasi alteri duellum ex condicto bis C. hic casus est reservatus Papæ, at ego à reservatis absolvere nequeo? P. utiq; casus Papales habent sibi annexam maiorem excommunicationem. C, ita omnino. P. sed ego prorsus nescivi

ſvaſionem duelli eſſe vetitam ſub ex-
communicatione adeoq; non fui con-
tumax Eccleſiæ. C. ſi ita eſt perge
ultra P. incendi domum mei adver-
ſarij ſciens id eſſe prohibitum ſub ex-
communicatione Papæ reſervata. Sed
mihi dum incenderem prorſus non
occurrit lex excommunicationis latæ
20 in hoc nefas C. quid tum. P. utiq;
non pecco contra legem Eccleſiæ, ſi
carnes comedam die eſuriali prorſus
immemor iejunij. Ergo & in hoc caſu
non fui contùmax Eccleſiæ. C. be-
ne arguis & ſtat pro te Suarez l. 4.
ſect. 10 num. 4. Diana p. 3. t. & 41.
Delbene, Krimer &c: contra Clarum
Avilam, &c, & ratio eſt quia c. 2. de
conſt: in 6. dicitur: Sententiis per
ſtatuta Ordinariorum prolatis non li-
gari ignorantes, ut animarum peri-
culis obvietur, niſi ſit ignorantia craſſa
ſeu ſupina. Hinc ſi ſcias percuſſio-
nem Clerici ſub excommunicatione
eſſe prohibitam, ſed neſcias eſſe Cle-
ricum illum, quē percutis non incur-

res

res censuram. Sed tu memor esto obligationis compensandi totum ex incendio damnum. P. non possum pauper restituere. C. impotentia te nunc excusat, at cúm poteris, restitues P. Bene est, Victus tentationibus perstiti in herèsi interna 6 dieb9 & eam prodidi externo signo nulli alteri cognito. C. est hic quidem ca- 21
sus bullæ cænæ reservatus Papæ sed in aliis partibus non in Germania, vel partibus Septemtrionalibus, quia hinc non est facilis imo moraliter impossibilis ad Papam accessus, ob sumptus magnos iacturam rei domesticæ molestias, & pericula vitæ. Ita Layman, Gobat. & alii docent iuxta quos possunt quicunque approbati in Germania (idem dico de Polonia) absolvere ab hæresi, & lectione librorum prohibitorum, nec est obligatio tunc Episcopum, vel Nuntium Apostolicum adeundi, atiam per Epistolam, vel per Nuntium, quia Canon solum obligat ad adeundum Superio-

riorem. Lugo Bonac: vide Domin
22 Viva, in prop: 3. f. 31. P. Sacerdoti
simplici instigante diabolo inflixi ala
pam ad sangvinis effusionem. C. hæc
percussio, cum non sit enormis, re-
curre ad Episcopum, vel mendican-
tes, qui possunt absolvere à casibus
jure communi reservatis Episcopo in-
ter quos est etiam iste casus. Ita
LaCroix &c. contra D Viva. Jam
vero postea, si non vis sine Sacramen-
tis à vita migrare, disce Clerum ho-
norare. P. in hoc autem casu ad
quem recurram, quod cuidam Cleri-
23 co enorme vulnus inflixerim. C. recur-
re ad Papam. P. sed mihi morali-
ter est impossibilis ad Papam acces-
sus ob sumptus magnos. jacturam rei
domesticæ & pericula viæ, & vitæ
C. ergo recurre ad Episcopum. P.
at nec Episcopum sinè magna diffi-
cultate, & mora possum adire, cum sim
pauper, valetudinarius, senex, rogo,
absolve me Pater, ne fortè tristis
mors occupet inexpiatum. C. com-
pen

pensasti ne Clerico illatam iniuriam
P. compensavi. C. si hæc sunt vera
quæ opponis possum te absolvere sed 24
cum onere ut cessante hoc diuturno
impedimento coram Episcopo pæni-
tens compareas. Rationem verò quod
possim te ab his casibus absolvere
hanc pro tua informatione do, quia
juxta Perez, Dian. p. 11. tr. 8. res.
49. &c: contra Suarez &c: Po-
test quisq; confessarius â casibus eti-
am publicis bullæ cænæ absolvere,
quando datur impedimentum perpe-
tuum, vel diuturnum adeundi Epi-
scopum, tam in reservatis Papæ,
quam Episcopo, alias reservatio non
esset in ædificationem, sed in destru-
ctionem. Quare sicut Papa censetur
annuere, quód possit Episcopus ab-
solvere à casibus Bullæ cænæ in casu
necessitatis, etiam extra mortis arti-
culum, ne pro dilatione pænitentiæ
immineat periculum animarum, ita
etiam censetur annuere, quód possit
alius confessarius, si nec Episcop9 pos-

fit adiri perſonaliter, & ſi Pater La Croix l. 6. n. 1020. de caſ: reſer: doceat, faciendum tunc recurſum ad Nuntium Apoſt: vel Epiſcopum per literas vel nuntium: Sed Henriquez & Dicaſtillo apud LaCroix de cenſ: n. 128. dicunt eo caſu non eſſe obligationem ad ſcribendum, quia mens cenſurantis vel reſervantis videtur eſſe, ut delinquens ſi poſſit ipſemet adeat perſonaliter, alioqui cenſeatur eſſe impotens adire. Iidem apud eundem docent, in caſu neceſſitatis, quando adiri nec Papa, nec Nuntius Apoſt: nec Epiſcopus poteſt, poſſe Parochū à caſibus Papæ reſervatis abſolvere. P. rogo mi Pater quid intelligis per impedimentum perpetuum & diuturnum C. illud dicitur impedimentum perpetuum quod eſt valde longum vg. 5. vel plurium annorum, quia in illo moraliter ſubeſt mortis periculum, ſi autem non cenſeatur adeſſe mortis periculum ut ſi quis uno vel altero die deberet expectare copiam con-

feſſa-

feſſarij habentis facultatem delegatam dicetur impedimentum temporale, Jam verò impedimentum diuturnum illud eſt, quod habent impuberes, valetudinarij, pauperes, ſenes, fæminæ V. Viva in prop: 3. f. 31. Tambur: l. 2. in decal: c. 1. §. 8. P. mi Pater video te pietate & literis præſtare tot peccata mea revolvo in defectum vivæ fidei quæſo propone mihi motiva credibilitatis. C. motiva hæc potes videre in Theologia Catholica &c: Hic ea huic includo ſyllogiſmo. Illa ſola religio eſt vera & in ſuis do- gmatibus infallibilis, quæ & ad perfe- 25
ctionem vitæ ducit & licentiam peccandi excludit, & plurimos Sanctos omnibus ſæculis habuit, & plurimis miraculis claruit & gentes ſemper convertit, & ſemper habita, & dicta eſt Catholica, & ſummam habet Doctorum omnium circa fidei capita conſenſionem, facileq; controverſias finit, ſed ſola Religio Romano Catholica eſt talis. Ergo illa ſola eſt vera.

E contra, illa Religio est falsa quæ pr
mo nova est, 2do successione min
strorum ab Apostolis caret. 3tio. I
ducta est ab ijs qui legitimè missi no
sunt. 4to. Nullis miraculis confi
mata. 5to, Inducta ab hominib
malæ vitæ, & infamia notatis. 6t
Habet Authores in doctrina valde inc
stantes, erroneos, sibi ipsis contra
centes, dolo malo, fraudibus & men
daciis utentes, ut suam Religionem
propagent. 7mo, quæ omne studium
bonorum operum tollit sed licentiam
vitæ tribuit. 8vo, Antiquas hæresis
renovat. 9no, Nullam certam cre
dendi regulam habet. 10, Multa se
cum adfert absurda. Sed aliæ Reli
giones, ut Luterana, Calvinistica &c
sunt tales. Ergo sunt falsæ. Ma
jor est certa, minorem evidenter pro
bas in libello, cui titulus *Quæ fides
capessenda?* Lessius, ut nec hiscere ad
versarij possint. Hæc tibi hic & nunc
sufficiant. P. de his & omnibus pec
catis doleo &c. C. pro pœniten: &c.

Ratio

Ratio ſecunda cum eodem.

PÆnit: Violentas manus inieci in
Matrem. C. hic caſus eſt reſer- 26
vatus. P. ego neſcivi eſſe reſerva-
tum. C. ignorantia non excuſat à
reſervatione. Vade ad habentem in
reſervata iuriſdictionem, & ſi vis eſſe
longævus ſuper terram honora Paren-
tes, qualiter te velles honorari à tuis
liberis &c: &c:

Ratio tertia cum eodem.

PÆnit: Inebriatus ſum. C. an ad
amiſſionem uſus rationis P. ita 27
eſt. C. bibendo an prævidiſti te
ratione movendum. P. prævidi ſe-
xie, interdum etiam non prævidi.
C. remedium ebrietatis eſt, ſi quis
inconditos & fædos ſuos, cum alio-

rum mores velut in speculo intu eatur: ita Lacones pueris ostendebant servos temulentos, ut eorum gestu inconditos videntes, odio haberent e brietatem. Hæc Cornelius tibi. T quid amplius mihi. Vota aliqua vi lavi. C. quæ illa vota? P. Votum quotidie dicendi Coronam 6. deca dum, C. quoties hoc votum viola sti. P. toto trimestri item voto ca stitatis obstrictus nupsi. C. an simplici voto? P. solenni, sum enim Subdiaconus ex certo Ordine Aposta ta. C. matrimonium tuum est invalidum, & sacrilegum. Fuisti hactenus corvus, esto columba, & ceu ad arcam Noë, ad claustrum tuum redi. P. amor liberorum reditum inhibet. C. amor salutis æternæ persvadeat. P. timeo perpetuum carcerem C. & carcerem infernalem non times? stultum te, si mavis in æternum ardere quàm brevi tempore pro tantis delictis tribulari. P. referam pedem ad claustrum, absolve me Pater. C. ex-

cedit

cedit id meam potestatem, redi fili prodige à siliquis porcorum, ad domum Religiosorum, & ibi vinculis scelerum eximeris &c:

Ratio quarta cum eodem.

PÆnit: Fui ebrius sæpius C. fui-
sti ne tunc mentis compos? P. fui, 28
C. ergo non fui ebrius, sed solùm
excessisti mensuram in potu, & ad
hoc ut sit quis ebrius mortaliter, o-
pus est, ut saltem unâ horâ privetur
usu rationis. LaCroix n. 327. P. ra-
pui supellectilem post intestatum Sa-
cerdotem in ea Diæcesi, inqua hic ca-
sus est reservatus. C. qua ratione
huc venisti? P. Ut in hac Diæcesi, in
qua hoc peccatum non est reservatum
absolverer. C si alia ratione huc mi-
grâsses, ex tacito consensu Episcopi
tuæ Diæcesis possem te absolvere, quia
hac ratione huc te contulisti in frau-
dem reservationis, Episcopus tuus
non censetur consentire ut te absol-

vam Clemens etiam X. vetat. V
de LaCroix lib. 6. p. 2. de reser: R
mea ad tuam Diæcesim, confessuri
habenti iurisdictionem in reservata
interea restitue ablata, ne sis simil
Philisteis, apud quos fuit arca Dom
ni 7. mensibus 1. Reg. 6.

Ratio agendi cum con verso hæretico.

29 PÆnit: Pater mi esto Pater anima
meæ. Ego ovis perdita ad ovi
redeo. Amplector fidem Catholicam
cuius veritatem ab anno pleniùs co
gnovi. Hæresim eiuro. C. an com
parasti animum pro confessione ge
nerali ex tota vita? P. comparavi
Ab annis 10 ferè quotidie DEO re
velanti discredidi 5 plus minus Dubitavi
deliberatè de articulis fidei 15 vicibus
ceremonias & ritus Ecclesiæ derisi
10. contra agnitam fidei veritatem
pertinaciter loquebar 9. Docui ter
quen

quendam hæresim. C. an secuto effectu. P. secuto. C. cura ut ab hoc veneno ocyssimè salves. P. male locutus sum de Matre DEI vicibus 4. de Sanctis v. 6. irrisi Reliquias SS. v. 7. dixi verba blasphema & iniuriosa DEO. v. 6. blasphemias contra fidem libenter audivi v. 10. Cænam luteranam sumpsi v. 9. Dæmonem inclusum annulo portavi annis 15. Volui peierare v. 15 non implere in gravi re id, quòd iuravi v. 3. Svasi ter alteri transgressionem voti castitatis cum libera. Falsas interpretationes Scripturæ excogitabam v. 6. Laudavi ter quosdam quòd Ecclesiæ Festa non servent. Volui Parentibus meis ter in faciem maledicere, & proximum graviter vulnerare bis, vindictamq; gravem de altero sumere v. 9. Duabus hebdomadis proximum gravi odio habui, ut illum etiam aspicere & alloqui nollem. Animo graviter lædendi honorem, contumelijs affeci proximum

v. 20. Bis inieci alterum ſine cauſa in periculum proximum mortis. Svaſi effectu ſecuto ut inſons Catholicus includeretur carceri ad longius tempus. Ex odio fidei nolui Catholicum in aquis periclitantem ſalvare. Meum famulum non corripui de fornicatione, domi meæ ab eo committi ſolita. Uno actu volui commiſceri cum maritatis 5. & liberis 6. C. esne nunc, aut fuiſti coniugatus? P. nec
30 ſum, nec fui. Somnijs turpibus venereè delectabar v. 20. in cogitationibus turpibus moroſé delectatus ſum 100. plꝰ minꝰ cum præviſione ſecuturæ pollutionis in ſomno. Juribus confictis adiudicata meo Avo bona teneo. C. pereat mundi lucrum ne fiat animæ damnum, teneris reſtituere, arbitrio prudentis compenſando lucrum ceſſans & damnum emergens. P. reſtituam. Svaſi ut damnum cuidam Monaſterio inferretur, idq; ex odio fidei, & ſecuto effectu. C. ſi damnum inferens non reſtituit tu

tene-

teneris totum restituere. P. ad expensas magnas inique citatum induxi bis, sed restituam. Mutuos modios siliginis corruptæ dedi cum pacto ut mihi totidem sani grani redderentur modij, sed curabo ut mutuarius indemnis fiat. De his & omnibus peccatis doleo &c. C. si tibi aliquid nunc non detectum occurrerit crimen, debebis illud postea confiteri. P. utiq; nunc ab omnibus absolvar. C. absolveris à commissis directè, ab aliis indirecte. Ut autem directè ab omnibus absolvaris, debes omnia clavibus subijcere. Interea recogita quàm gratus esses ei, qui te ex inferno ad hanc vitam pro agenda pænitentia revocaret, vel qui te ex servitute Turcica eximeret, vel qui tibi cæco visum restitueret. Infernus quidam est rea conscientia, servitus dura esse obstrictum hæresi, cæcitas summa DEO revelanti discredere. Ut fias DEO tuo in libertatem assertori, & illuminatori

gratus posthac serva DEI mandata, & pro pænit: singulis duorum annorum diebus in gratiarum actionem, pro beneficio vocationis ad fidem, dices 10 Pater & Ave, & Actus fidei, spei, & charitatis repetes v. 20 si aliqua id die omiseris compensa sequenti. Confiteberis etiam saltem octies singulis vitæ annis. Ad hæc iejunia singulis Sabbatis, & alia totius vitæ opera DEO quot diebus offeres. Jnterea, ut constet fidelibus de tua conversione, facies publicam, me assistente, fidei professionem. &c:

Ratio agendi cum rustico lepidè rudi.

COnfes: Quid taces? ad quid huc venisti? P. pro confessione C. confitearis ergo quo DEUM offendisti, P vel ego scio quo? C. quis debet meliùs scire, nisi tu? P. scio, quod

quòd nec cultro, nec securi, nec falce DEUM offendi, pedem tantum meum securi offendi. C. sed ego, quæ sunt peccata tua quæro. P. interrogate me. C. tu ipse non interrogatus fateri debes culpas tuas. Præparastine te pro confessione. P. utiq; C. dic ergo peccata tua. P. peccata tua. C. ita est, tua dic peccata. P. non occidi, non clepsi, non irascor. C. hæc tua confessio est Pharisaica, non venisti te laudare sed accusare. Dic tua peccata. non occidere, non furari virtus est. Nonne 32
es mentitus? P. vel semel. C. an tunc iurabas? P. iurabam. C. quid dixisti iurando? P. dali Bog, ut DEUM timeo. DEUS videt C. voluisti tunc DEUM facere testem mendacii. P. nolui. C. non dic ergo juravi. Juramentum enim est cùm DEUS in testem vocatur. P. sine justa causa graviter diu laboravi diebus festis totius æstatis. C. *servando Dominicam diem magis pro-*

ficiunt

ficiunt bona tua, campus, vinea, grex quám ex tuo labore totius anni. Hæc S. Vincentius Fererius ferm: 3. Dom: 3. Tri: Tu perge ultra. P. adhuc Missam hic audiam. C. sed ego dico perge confiteri alia. Non ne laborando pro Domino. prius otio, quam negotio dedisti P. ita est, sed ego non culpandus, sed defectus superintendentiæ. C. DEUS est Inspector cordis, hunc non es reveritus? quantúm temporis tam infideliter laborâsti. P. anno 1. C. solvitne tibi ex asse salarium Dominus? P. brevi solvet. C. fustibus deberet solvere. Nunquid pro ociositate merces accipitur? Pars tantum stipendii pro ratione laboris tibi debetur, sed si vis totum accipere ulteriori labore forti & gnavo negligentias compensa, ut Dominus indemnis fiat. P. sed ego sum insvetus strenuo labori. Hinc ab hæreditario meo Domino relicta mea coniuge fugam arripui metu plagarum corpori meo infligendarum

r. à quo tempore fugitivus? P. ab annis 9. Domine. C. es ne jam confessus? P. ſum. C. an es iam iuſſus redire? P. ita, ſed metus plagarum reditum diſſvaſit. C. times plagas, & non timuiſti cauſam plagarum Plagæ te non temporales in aula ſed æternæ in orco manent niſi reditum acceleres. P. accelerabo. C. ita tuos jam ludebas confeſſarios, nec tamen ſtetiſti promiſſis? Ego non abſolvam te, redi prius ad Dominum uxoremq; tunc eris capax abſolutionis. Cæterum dolesne quod DEUM offenderis &c. &c.

Ratio agendi cum Nobili

PÆnit: C. D. O. Ruſticum mihi noti heri, ab anno profugum 33 apud me detineo. C. ſicut furari, ſic & conſervare rem furtivam non

licet

licet, sed rusticus ad te profugus, est res furtiva; nam se furatus est legitimo Domino. Illi proinde significa te transfugam extraditurum, sicut tenereris denuntiare, si haberes eius equum ad te perfugum. P. utiq; non tenerer denuntiare, si ad me profugeret ob periculum vitæ vel mutilationis iniustæ. C. solus DEUS est Dominus vitæ & membrorum. Sed num tale periculum egit in fugam hunc hominem? P. protervia fuit causa fugæ. C. ergo teneris indicare, utiq; in simili velles rationabiliter id tibi fieri. P. parebo iussis. Non invigilo, ut mei subditi, & domestici diebus festis intersint missæ templo non procul distante. C. quot annorum est tua negligentia hæc? P. unius anni. C. *durissimũ judicium his qui præsunt fiet.* Pastor es, teneris bono tuarum ovium præsertim Spirituali providere. Postea renitentem sine causa, hac in parte ple-

plebem ruſticam, mulctâ pecuniaria mendicis tradenda, domeſticos negato illa die prandio plectere poteris P. operibus indebitis gravavi ruſticos. C. quoties cum gravi ſingulorum damno & quot? P. ſingulos 6. ruſticos v. 7. C reſarcito damnum cito, prudentis arbitrio. P. ex levi cauſa graviter iuſſi ſemel fuſtigari ſubditum, ut triduo decumberet. Debitum grave ſemel non ſolvi præfixo tempore cùm eſſem exſolvendo par. C. nonne hinc ſubditus & mutuator grave damnum paſſi? P. ſcio paſſos C. ocyus damna compenſa, debitum exſolve. P. cogitationibus venereis delectabar 10. ſubſecuta pollutione in ſomno. C. an prævidiſti ſubſecuturam? P. ita eſt C. esne tu coniugatus? P. non ſum, verſus & libros ſpurcos legi cum voluptate obſcæna v. 10. C. non auderes præſentis Regis thronum luto commaculare: Thronus Chriſti Regis Regum, eſt lingva tua, in qua per tot Communiones reſe-

resedit: Thronus DEI est anim tua, in qua per gratiam sanctificantem requievit & ausus es hunc thronum talibus spurcitijs fædare. P. stuprum duabus liberis intuli. C. quoties? P, singulis semel & gloriatus sum hoc peccato bis sed non est habita mihi fides. C teneris unam nubere, & secundam vel utramq; commodè dotare, vel curare efficaciter, ut æque bene nubant, ac si essent virgines. Justitia enim exigit reparari damna. P. id curabo. C. sed ego tibi absolutionem non dabo cùm in hac Diæcesi stuprum sit casus reservatus. P. sed hic casus est occultus. C. etiam occulti casus reservantur. P. & cur? P. Drews recensitis casibus reservatis in Diæcesi Varmiensi adiungit in distr: itiner. Hæc formalia. A præmissis casibus (inter quos etiam est oppressor Virginis) dum occulti sunt, omnes approbati absolvere possunt exceptis homicidio &c; C. quod

in

in una Diæcesi concessum est ab Episcopo eius, ad aliam non debet trahi, ex qua tu es Diæcesi? P. ex hac in qua non subest reservationi stuprum. C. si ita est, possum te absolvere per jurisdictionem ex usu ab Episcopo tuo delegatam, cùm in sententia probabili reservatio fiat ab Episcopo tantum circa peccata suorum diæcesanorum, & in bonum propriæ diæcesis. P. quodsi hæc sententia est falsa an valebit tua absolutio. C. 34
valebit quia in dubio iuris, Ecclesia supplet jurisdictionem, cum supplere possit hic, autem est dubium juris cùm alij pro, alij contra sentiant. P. de his & alijs doleo &c:
C. Decimas an persolvisti? P. ut video Domine Propheta es, ulcus meum tetigisti, ab annis 10 non solvi, habens, copiam solvendi. C. forte non agnoscis DEUM supre- 35
mum Dominum omnium, qui in sui recognitionem dominii, dedit hominibus jus exigendi decimas. In-

fide

fideles olim diis suis decimas p
solvebant, ut innuit Plautus dice
ut decimam solveret Herculi. Et
non vis vero D E O solvere. E
alter Jacob, qui Gen: 28 sic loqui
D E O: *Si dederis mihi panem*
vescendum &c: decimas offeram t
P. Decimas solvere est se damni
36 care. C. erras toto cælo. Mult
hominis interest reddere decima
ut docet Sanctus Augustinus l.
Doct: Christi dicens: *Si decim*
dederis, non solùm abundantiam f
ctuum recipies, sed etiam sanitate
animæ & corporis consequeris, q
decimas dando terrena & cælestia p
mia poteris promereri. Hinc qui
cimas dare nolunt, res alienas in
dunt, hæc ille: si ei non credis, c
de D E O Malach: 3. 10. dicen
Inferte omnem decimam in horre
meum, & sit cibus in domo mea
probate me super hoc. Si non aperue
vobis cataractas cæli & effudero v
bis benedictionem, & non corrump
fru-

fructum terræ vestræ, nec erit vinea sterilis in agro &c. Huc spectat, quod legitur in vita S Anselmi Episc: Cantuar· Villicus quidam S. Anselmi fructus collegit autumnales, & decimas, quas pro S. Anselmo debebat, retinuit Cùm itaq; Sanctus horrea ejus videret vix semiplena, quæsivit à Villico quam ob causam tam parum frumenti collegisset. Miror, inquit villicus & ego. Nam universum triticum huc reposui, imo & decimas ipsas quas non persolvi. Extrahite, inquit S. Anselmus omne frumentum, & decimas statim persolvite. Quod cúm factum esset & frumentum in horreum reductum fuisset, post decimationem ita frumentum crevit, ut horreum vix illud capere posset. Vide Labat tit: decimo: Hinc recté concludit S. Augst: l. cit: *Si non decimaveris, decimaberis & dabis impîo militi, quod dare noluisti Sacerdoti.* P. Pater mi lumen cæco dedisti experior dictorum veri-

tatem

catem; Sed de his & aliis doleo.
Trident: Sess 25 de refor· c. 12 p
hibet decimarum detentores absol
re, donec prius satisfaciant. Red
quòd debes priùs, & tunc venies p
absolutione. Interea actus contri
nis frequenta, ne te mors in m
statu occupet. P. Pater mi impe
vi annum induciarum à paroch
cum obligatione solvendi duplo
si non stabo promissis. C. si ita
absolvam te. Pro penit: confite
ris sequenti bimestri toties quo
advertes, tè gravi tentationi succ
buisse, non differendo confession
ad triduum, ut non differres c
tam gravis morbi medelam. Ve
reas etiam cogitationes in honore
B. V. M. statim reijcies &c:
benè. C. Misereatur &c: Ego te a
solvo &c:

Ratio

Ratio agendi cum ſponſo in fieri.

PÆnit: Sponſam meam oſculatus 37
ſum cum delectatione venerea. C. ſcisne id eſſe p. m. P. ſcio quia cui finis, id eſt copula non licet, etiam medium ad talem finé non licet. C. cur ergo non dicis numerum talis peccati. P. non me reflexi, fuit id 10 pl. m. Delectabar futuro actu coniugali veneree 7. ſed oro an poſſum ego nubere ſponſæ meæ Nobili cûm ſim ipſe ruſticus adſcriptitius glebæ, licet in vicinia habear ut Nobilis. C. Decipies ſponſam in re gravi, ſed tuum Matrimonium foret validum, quod Sanchez de matr: dicit ferè certum: ſed eſſet invalidum ſi ſponſa tecum contraheret ſub conditione, ſi es Nobilis. Deſiſte omnino â talibus nuptiis, quære ſimilem tui ſponſam & ad Dominum redi: an præſtabis

id? P. præſtabo. Peccavi cum beſtia ſepties, & falſificare ſigilla & chirographa attentavi bis. C. beſtialitas, & talis falſificacio ſunt hic caſus reſervati, in quos careo juriſdictione. P, ſed ego non effectu, ſed ſolo affectu hæc ſcelera commiſi. C. dicendum erat ita prius, interna peccata non reſervantur. P. tactu impudico partis venereæ meæ oblectatus ſum ſine
pollutione v. 20. Tetigi me turpiter 38
ob delectationem veneream v. 5. ſed hæc non ſubſecuta. Non accepto ſtipendio pro annuo famulatu, nec habita ſpe ſolutionis, clam accepi à Domino rem, parem ſtipendio, an teneor reſtituere? C. reſtitutio ſupponit culpam. Hic tua non fuit culpa: ſi tibi Dominus volet ſatis facere, dices: ſit hoc interea apud te, modò non indigeo, quando requiram reddes & poſtea non require. P. Dum raperet quidam refertam aureis ciſtam cuiuſdam Domini occidi iniuſtum aggreſſorem. C. an cum moderamine in-

cul-

culpatæ tutelæ, ſeu an poteras ex charitate alienam rem defendere aliter, quàm occidendo. P. non poteram, at hæc occiſio unicè ordinabatur ad conſervandum bonum hoc temporale. C. hoc in puncto tua interceſſit culpa. Debebas malum hoc proximi ordinare ad bonum longè præſtantius ſcilicet ad quietem in Republica. Vide Dom: Viva in prop: 15. ab Innocentio confi-
38 xam: P. animitus mihi optavi mortem, ad evadendas leves calamitates. C. proximo optare mortem ex levi cauſa eſt peccatum mor: ergo & ſibi, cur non dicis numerum quoties 39
tibi optaſti mortem? P. 20. plus m. C. an non ſtultus eſt, qui volens evadere ictum virgæ reſolvit ſe ad ignem æternum? Talis es tu: an poſt mortem putas te recipiendum in ſedes Beatorum, præmiſſo tali crimine. Pœnas æternas meritus, malè refugis temporales. Singulare DEI beneficium, hic pro peccatis affligi: & tu tam ingratus fuiſti huic gratiæ ſingulari,

immemor illius quod Sacra Litera d
DEO ait: quem diligit, castigat. P
De his & aliis doleo &c:

Ratio agendi cum spon
de præsenti.

PÆnit: C. D. O. Conscia pecca
mor: contraxi insciis parentib
matrimonium: C. cuius peccati ?
fornicationis factæ cum sponso C. d
40 buisti prius confiteri, aut saltem co
teri, sed quoties hæc fornicatio fac
P. 4ter C. & quoties te coniecisti i
proximum periculum fornication
cohabitando sponso? P. bis. Mari
debitum petenti primo bimestri no
reddidi, erroneè putans me ad id
bligari graviter. C. quoties cum ta
errore conscientiæ instanter peten
non reddidisti? P. 20. pl. m. cum aff
ctu ad alium reddidi v. 10. C: an a
liberum P. Nobilis est. C. non ho
quæro sed an liberum matrimonio v
voto? P. ita est. Inobediens fui mari

in se

in re gravi v: 6. In faciem maledixi marito graviter hinc offenso 3. Maledixi ex impetu iræ domesticis crebro, ut impotens mei essem. C. sic irata respice speculum & illud te feræ non homini consimilem exhibebit. Recogita etiam Christi agni patientiam & leoninam depones ferociam. P. de his & aliis doleo &c: &: 41

Ratio agendi cum coniugato sciolo.

PÆnit: In excomunicatione minori incursa per auditionem Missæ cum excommunicato vitando contraxi matrimonium in facie Ecclesiæ. C. an per auditionem totius Missæ & sine gravi causa. P. ita est; propter solam voluptatem, non propter prolem nupsi, idq; sponsæ coactæ metu in gravi. C. matrimonium tuum est invalidum. Quoties durante tali metu usus es matrimonio. P. 10. C. & quo- 42

ties voluiſti uti, non ſecuto effectu? P. v. 7. C. omnino tibi deſiſtendum eſt à tali connubio. P. at poſtquam ceſſavit cauſa metûs, habuimus copulam ſincero affectu maritali, & animo nos ad mortem habendi coniuges, & pacificé viximus per annum & medium, nunc diſcordes. C. ſi ita eſt omnino perſiſte in matrimonio, nec illud iteratò contrahere teneris in facie Eccleſiæ (V. Gobat n. 261.) &c. P. ſed iſtius nunc meæ uxoris patrinus fui in Baptiſmo. C. an in Baptiſmo ſolenni cum ceremoniis conſvetis Eccleſiæ P. in Baptiſmo privato dum illa infans eſſet in periculo mortis. C. perſta in matrimonio, quia probabiliùs non incurrit patrinus impedimentum cognationis Spiritualis ex Baptiſmo privato. Si verò in re incurrit, Eccleſia in dubio iuris diſpenſat, cúm diſpenſare poſſit. P. ſed dubium prudens habeo num mea uxor præterita vivat. C. Adhuc in hoc matrimonio perſiſte, ſed debitum nullatenus

tenus pete, si habes spem obtinendi maiorem certitudinem de vita prioris consortis. Non enim fas est stante dubio prudenti, operari contra legem. Debitum autem redde bona fide petenti, quia est in possessione iuris, ut petat debitum; & tu in obligatione, ut reddas. V. Carden: in 2. 43
crif: d. 19. Sanch: l. 2. d. 44. LaCroix &c: Interea quæro, an istud dubium prudens tibi ortum est, jam contracto hoc matrimonio. P. ita est C. si ita est, resolvo cum LaCroix de usu matrim: dicente sic. *Si uterque coniux bona f. processerit, erit possessio Juris pro utroq; ad petendum, & reddendum debitum.* Nec ab hoc iure poteris dimoveri donec tibi probetur supervivère priorem conjugem
P. at habitâ probabilitate magna de morte prioris conjugis feci votum perpetuum religionis & castitatis, possum ne reddere debitum? C. potes sed non pete. Si autem supervixeris uxori præsenti, redde DEO vota tua. 44

Quod

Quod si casu quo rescieris uxorem tuam præteritam superstitem, nec reddere præsenti conjugi potes debitum: sed priori conjugi reddere poteris non petere. P. sed votum castitatis an non impediet. C. in præiudicium uxoris prioris hoc votum factum non obligat. P. infirmanti periculosè famulo non curavi vocari confessarium. C. hæc est pæna dominorum, ut etiam ipsi in extremis careant confessario, quem periclitantibus de vita subditis non providerunt. P. causavi in me contra charitatem propriàm nimio potu gravem capitis dolorem, nauseam stomachi ad 7. dies; bis invitavi amicos, ad haustus, quibus probabiliter prævidi inebriandos. C. quot, & quoties? P. 7. erant bis sic tractati seorsim. Sine rationabili causa ad prandium invitavi ter eum quem scivi solere redire ebrium plenè. Pauperibus petentibus stipem in necessitate communi, ordinariè negabam. C. *O infelicitas generis humani! certa bibendi lege conten-*

tenditur, quì poterit vincere, laudem meretur ex crimine. Quàm multi inveniuntur, qui ebriosos & luxuriosos 45
amplius, quàm oportet cogunt, bibere, & ante ostium pauperibus petentibus, vel unum calicem dissimulant dare. Quando animalia ducuntur ad aquam, ubi saturaverint sitim suam, etiam si super aquam ipsam diutius detineantur, repleta siti bibere nolunt omnino nec possunt, considerent ebriosi, si non peiores animalibus iudicandi sunt. Hæc tibi intonat D. August: serm: 231. de temp: Tu quid amplius? P. non impedivi alienam ebrietatem dum sine incommodo possem ex charitate v. 5. Reum inebriavi, ut ad crimen fatendum inducerem & ex hac scientia processi ad sententiam. C. ebriis non plus debet credi quàm somniantibus. V. Gobat c. 19. n. 61
P. exterius vocavi DEUM in testem 46
falsi, & interius non habui animum iurandi. C. cur non dicis quoties?

P. quia hoc pro peccato mortali non habui. C. omnino est mortale, quia grave vilipendium DEI est & directè contra finem juramenti, qui est assecurare de veritate qui finis evertitur, si homines intelligant, posse absq; gravi peccato fictè & falso iurari. P. utiq; sic iurans proprie loquendo non jurat, ut & qui vovet sine animo vovendi, re ipsa non vovet. C. Sit hoc verum quod adfers, sed falsa est hæc propositio. Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, est enim ab Innocentio XI. confixa

47 P. Juravi sine animo implendi bis. Item iuravi DEO rem indifferentem semel & bis bonam rem sed ob finem indifferentem, nec juramentum implevi, an teneor implere? C. non teneris, DEUS tantum honesta curat, & non indifferentia P. utiq; tenerer juramentô factô homini de re minus bona & indifferenti. C. ita est quia homo vult sibi utilia vel cõmoda, non semper meliora. P. Sed

si res, quam iuravi, postea mutatis cipcumstantiis, ex vana & indifferenti fieret honesta, an tenerer juramento? C: *non firmatur tractu temporis, quod imitio non subsistit:* Reg: 18. iuris in 6to. P. ergo non teneor pro illicita copula iam facta dare iuratum pretiū. C. teneris, quia hæc solutio in se mala non est, nondum tamen peractocrimine, teneris rescindere contractum. P. memor pec: mort: in præterita confessione obliti communicavi. C. utiq; si ne nota potuisti redire ad confessionem & confiteri saltem alteri. P. ita est. C. est præceptum confitendi omnia mortalia ante communi: ex sensu & praxi fidelium. V. Lugo &c: Votum peregrinationis ad limina Apostolorum non implevi, sed an teneor? quia putavi Romam distare 100. milliaribus, cùm distet 300. C. non teneris, quia promissio hæc facta est non absoluté sed sub virtuali conditione 100. milliarium. Utiq; non vovisses, si tam longè distare scivisses. Quid amplius

P. -sa

P. satis est Domine ad pœnas inferni vel semel peccasse & ego tam multam operam posui pro inferno, ut po nam pro DEO allaborabo: De his & aliis doleo &c. Sed antequam discedam hinc peto resolutionem: ali quoties provocatus ad duellum non acceptavi. Timiditas mihi exprobratur. An possum acceptare? ne timiditatis notam incurram. C. non potes Non jure enim naturæ licet exponere propriam & alienam vitam periculo ob finem valde levem. Nec incurres apud viros cordatos notam timiditatis, sed potius reputaberis insipiens, & vitæ prodigus, si duellum acceptes & solum notaberis timiditatis ab idiotis, qui vani nominis umbram sequuntur. Sic vir liberalis si invitaretur ad projicienda, vel vocanda in periculum omnia bona sua, stultè ageret si annueret propter notam avaritiæ, quia nemo cordatus diceret eum ideo esse avarum sed potius laudarent omnes, quod repulerit talem

incitatorem. C. Pro pænit dabis eleemosynam juxta tuum posse &c.

Ratio agendi cum habituato. 48

PÆnit: soleo ex consvetudine pejerare, sed sine advertentia plena mali. C. huic consvetudini tollendæ an insistebas advertens obligationem tollendi. P. id prorsus neglexi: C. hæc tua periuria sunt peccata in causa seu in voluntate non removendi consvetudinem. Sic homicidium in ebrietate plena perpetratū non est formaliter peccatum, cùm non sit liberè commissum, est tamen peccatum in causa voluntariæ ebrietatis, positæ cum prævisione homicidij. Dic quoties & a quo tempore sic pejerasti? P. à 4. mensibus quotidie ter plus minꝰ. C. ut hanc consvetudinē evellas, vicibus 30. abstinebis à mendacio in honorē B. V. M. & quotidie petes gratiā à DEO non

peje

peierandi. P. faciá id. Concubinam in superiori confeſſione juſſus ejicere hucuſque retineo, & illi commiſceor. C. vade ejice prius hanc peſtem. Conſtat te non habere propoſitū firmū vitandi pecc:, cúm eius occaſionē non amoveris: Vult comburi. qui è medio incenſæ domûs non exilit: vult mergi, qui naufragus non arripit tabulam P. hodie certò ſcelus hoc eliminabo: C. verbis non credo, factis credam &c. &c.

Ratio agendi iterum cum habituato.

49 PÆnit: Poſt confeſſionem ab octo diebus factam in eadem recidi ſcelera. Quotidie 7. plꝰ minꝰ voluntarias pollutiones habui C. quamdiu huic infixus hærebis limo? Quid prodeſt curari & ſurgere à morbo, ſi iterum volens in morbum recidas. Quis modus vincendæ tentationis tibi datus in ſuperioribus confeſſionibus?

P. in

P. in aliis nullus est datus, in præterita confessione jussisti Pater mi pro pænit: continere manus à turpi tactu in honorem Christi manuũ transfixarum, & in hac tentatione repetere actus contritionis 10. aut aliquid retrogradè recitare sed nihil horum feci, quia mihi id non occurrebat. C. quis tuus sensus esset de illo milite bene armato, qui rogatus cur se tam enormiter permiserit imbelli hosti sauciare? responderet, oblitus sum hosti arma opponere. Idem tibi applica. Venies ad me pro confessione post biduum. Interea media tibi suggesta tentatus adhibe. Adhibita, victorem reor facient & dignum beneficiô absolutionis, nunc vade in pace; si hanc tibi permittent. noxæ Jmpij enim quasi mare fervens &c.

Ratio agendi cum iniquo possessore, & damnificatore.

Pænit:

50 PÆnit: Meo juſſu ablatus eſt diſcantiſta cuiuſdam templi. C. hoc grave damnũ an reſtitues? P. hic puer eſt meá contentꝰ aulâ. C. Sed nec DEI gloria, nec jus edocendi alium erit contentum ſi non reſtitueris. P. reſtituam. Juſſi ſemel auferre canem venaticum magni valoris. C. effectu ſecuto. P. non ſecuto. Juſſi quendam ſolum graviter vulnerari, ſed mandatarius exceſſit fines mandati, & occidit, an teneor ad reſtitutionem uxori liberis &c: C. qui non eſt cauſa damni, non tenetur ad reſtitutionẽ. P. furi ſeriò minitanti mortẽ niſi illi oſtendam meam pecuniã, oſtendi alienam. C. fuiſti cauſa damni proximi, teneris ad reſtitutionẽ. P. utiq; non tenerer, ſi juberet quamcunq; pecuniam oſtendi, & ego oſtenderẽ alienam C. hoc verum eſt. Sed hic noli diſputare ſi non vis errare. P. dum inferretur proximo damnum non defendi nec prohibui, & poſt illatum non admonui damnificatum cùm poſ-

ſem

ſem ſine incommodo, an teneor ad reſtitutionem? C. tenebarisne ad impediendum & admonendum ex officio, vel contractu, an ex ſola charitate. P. tenebar ter ex charitate, bis ex contractu. C. damnum illatum, quod deberes impedire ex ſola charitate, non teneris reſtituere, ſed teneris, quod ex contractu vel officio debebas præpedire. P. ad inferendum damnum grave, quendam induxi ſemel; ſed fortè non teneor reſtituere, cùm hinc non ſim factus ditior. C. teneris, ſi ille à te inductus non reſtituit. P. ſaltem in hoc caſu non teneor reſtituere, quod quendam impedivi, ne daret cuidam pauperi & digno largam ſtipem. C. teneris, quia hic pauper habuit jus conditionatum ad ſtipem, ſi quiſpiam dare vellet, & habuit jus abſolutum ne ſic iniquè impediretur. P. ſed ego ideo impedivi, quia res danda pauperi erat furtiva. C. ſi ita non teneris reſtituere, ſi Dominus rei ſupererat. P. Manifeſtando verum ſed

occultum crimen alterius, impedivi eum à consecutione honoris. C. obligaris ad famam & damna reparanda P. jussi furari modium tritici, tunc solitum vendi fl. 20. & illum restitui, cùm venderetur fl. 8. C. an Dominus servasset triticum usq; ad illud tempus, quô vendebatur fl. 8. P. non servâsset. C. debes adhuc restituere fl. 12. ut Dominum serves indemnem. P. si restituero solûm 10. retentis duobus an retentione hac peccabo mortaliter. C. an illi Domino sufficiunt duo floreni pro sustentatione unius diei sibi congrua, consideratâ sola ejus personâ, secundùm necessitatem victûs, vestitûs, & habitationis. P. omnino non sufficiunt. C. sicut furari tali Domino 2. fl. non est
51 mortale, sic & retinere. Vide Sbogar Theolog: radic: LaCroix &c: qui docent quantitatem furti mortalis desumendam esse ex gravi incommodo personæ damnificatæ. P. jugera alieni agri biennio tenui sed iam heri

resti-

restitui. C. restituistine fructus perceptos, detractis expensis &c: P. nullum fructum percepi, quia agrum non colui. C. sed Dominus coluisset? P. omnino. C. damnum emergens repara. Sed ille Dominus famæ meæ gravem inussit notam, nec vult abolere. C. potes non compensato damno, expectare famæ tuæ restitutionem. P. lumine accenso intrare volens domum Caij ad furandum, fortuito casu accendi horreum, an teneor ad restitutionem? C. non teneris quia hoc damnum non est secutum ex formali injuria contra Caium, cùm illud non intenderis. P. ergo etiam non teneor reparare damna, ab aliis furibus illata Titio, cuius domum ingressus, accepi aureum monile, & januam apertam reliqui, prævidens periculum, ne alij intrent, & furentur. C. teneris, fuisti enim causa talis damni. P. an etiam teneor restituere eleemosynam quam accepi fingens me pauperem. C. teneris restituere

danti, vel pauperibus, si præsumis Dominum velle restitutionem quia Dominus noluit in te transferre dominium rei sed in pauperem. P. damnum commodati equi sine ulla mea culpa amissi, non reparavi. C. Obligastine te ad id, quo casu equus periret. P. non obligavi. C. ergo casui fortuito Dominus imputet damnum, quod tamen tu post sententiam judicis reparare debebis, ut te obedientem præstes. P. Rem alienam à me bona fide emptam, longè maiori pretiô etiam bona fide vendidi. C. teneris Domino restituere incrementum pretii. P. Vestem alienam sericam bonâ fide dono acceptam per usum detrivi, nunc Dominus à me exigit valorem eius, an teneor restituere. C. si tuam vestem sericam interea detrivisses, teneris: si autem viliorem, debes restituere cum veste attrita tantum quantum factus es ditior ex re aliena. P. furatus sum 30. aureos- at fors non te-

neor

neor reſtituere, quia in reſtitutione
deberem impendere alios 30. è me-
is. C. teneris adhuc reſtituere; poti-
us tibi reo damnum patiendum, quã
innocenti damnificato. P. tunc eti-
am teneor reſtituere cum damno
meo duplo vel triplo. C. charitas vi-
detur dictare, quod creditor rationa- 52
biliter non poſtulet, cum damno
duplo reſtitutionem, ſed præſumitur
velle rem dari pauperibus. Lugo D.
20. n. 190 § 8. Ilſunt Sporer Cro-
ix &c: P. ſed hoc furtum nequeo
reſtituere ſine damno famæ, quæ eſt
altioris ordinis, quàm pecunia. C. po-
tuiſti ſine damno auferre, poteris &
reſtituere vg: pecuniam mutuam ex
condicto nunquam repetendo, vel
per confeſſarium reſtituendo &c: P.
mi Pater exciderem â proprio ſtatu,
privarem me equis, famulis, armis,
ſi hæc omnia deberem reſtituere. C.
ſi juſtè hunc ſtatum acquiſiviſti,
potes aliquamdiu differre reſtitu-
tionem. P. hæc fortuna & ſtatus eſt

iniquè acquisitus. C. teneris quàm primùm etiam cum jactura statûs restituere; sic enim non excides à proprio statu, sed ad priorem redibis: potes tamen tibi retinere necessaria ad tenuem victum & vestitum. P. Quod est valde difficile, est moraliter impossibile. Ad impossibilia autem nemo obligatur. C. si scires certô te, restitutione facta, Regem Poloniæ futurum, an restitueres cum jactura præsentis statûs? P. utiq;. C. fac idem pro Regno æterno in cælo. Frange pro DEO difficultates, qui fregisti pro mundo. si enim ex sensu D. August: *Tanta sufferet anima, ut possideat, unde pereat, quanta debet sufferre, ne pereat.* P. utiq; si mihi valde difficile sit, vg. Sacrum die Festô audire, non teneor audire, ergo nec rem aliquã restituere. C. lex naturæ obligat eti-
53 am ad impossibilia moraliter, tu autem lege naturæ teneris ad restitutionem. Si DEUM timueris, providebit

bit tibi vitæ necessaria, qui providet volucribus. P. solvar à vinculo restitutionis, ingressu religionis. C. jus naturæ prævalet Evangelico consilio Fac primò, quod lege naturæ præcipitur, tunc facies quod est consilii. P. itaq; ablta dominis erogabo pauperibus. C. an fores contentus si tibi aliquid magni momenti auferretur, & mendicabusis daretur. P. non C. Quod rectè judicasti, fac, aliàs tanquam indispositum non absolvam. Quid tibi prodest? momento vitæ, temporalibus frui, si in æternum pereas. Mihi pareas, ne pereas. P. parebo, & de omnibus doleo &c: C. pro pænit: dices &c: facies &c:

Ratio agendi cum parocho.

PÆnit: C. D. O. Ex ebrietate gravi contracta infirmitate, non recitavi Officium Divinum unius diei: 54
dubi-

dubito an tenear restituere fructus tali recitationi respondentes, C. Ecclesia illos solos obligat qui non habito legitimo impedimento non recitant, infirmitas autem vg: est legitimum impedimentum. P. sed infirmitatem causavi ex intentione non orandi. C. nemini sua fraus debet patrocinari, teneris ad restitutionem. Vide Gobat n. 31. &c: P. an etiam teneor, quod omiserim ex singulis horis unum Psalmum? C. non teneris. Ita Gobat Bonac &c: contra Suarez, quia Canones pœnam restitutionis illis solùm imponunt, qui horam integram non recitant. P. semel legitimè impeditus non recitavi Officium trium nocturnorum, cum possem legere unum nocturnum. Inter-
55 dum Officium Divinum non recitavi cum attentione interna. Requiriturne hæc sub mortali C. alii dicunt requiri, alii non requiri. P. absq; causa & licentia Episcopi, ultra bimestre abfui à parochia, an teneor restituere

totos fructus, an etiam illos qui respondent residentiæ neglectæ! C. teneri restituere totos fructus communior fert sententia, sed probabile, teneri solùm illos, qui respondent soli residentiæ neglectæ, non verò aliis Officiis. P. sed teneorne ad restitutionem ante sententiam judicis? C. teneris, si ob absentiam damnum illatum sit Ecclesiæ, secùs non teneris, cùm Tridentini verba quo ad hoc punctum non sint in eo rigore recepta: ut putat Layman l. 4. tr.216. P. alia etiam anni parte ex iusta causa, solùm uno bimestri absfui à parochia sine damno ovium, an teneor restituere? C. Trident. absentiam duorum mensium impune videtur permittere, si adsit iusta causa V. LaCroix de oblig. par: &c: P. non sum ingressus domos peste infectorum, quibus aliter non potui ministrare Sacramenta. C. malus est miles, qui prælium imminens declinat, peior pastor, qui periculo vitam non exponit, periclitantibus

55

tibus

tibus ovibus. P. omisi mense integro dicere parochianis, Verbum DEI. C. Bonac: in decal: d. 5. p. 2. n. 31 ait peccare mort: parochum omittentem uno mense conciones. P. per meam negligentiam aliqui decesserunt sine Sacramentis è vivis. C. quot mortui sunt? P. 7. Rudes etiam non valentes Eccesiam adire, in gravi necessitate Spirituali existentes, non adij, non instruxi. C. *Si non fueris locutus, ut se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sangvinem autem eius de manu tua requiram,* hæc tibi Ezech: c. 33. v. 8. P. extra meam Diæcesim audivi confessiones 30 pænitentium alterius Diæcisis. C. an bona fide processisti? P. in dubio an liceret, processi. C. probabilis est sententia, posse parochum extra suam diæcesim licitè audire confessiones alienorum sine approbatione. Sed probabilior est contraria, quia mens Episcopi approbantis videtur esse approbare pro sua Diæcesi.

cesi quo ad suos subditos, non pro tota Ecclesia V. LaCroix n. 1516. &c:, contra Viva. P. sine iusta causa non excepi confessiones volentium ovium reconciliari. C. Soarez Arr. &c: docent, non fore mortale, si semel aut iterum sine extraordinaria ratione extra necessitatem petenti, deneget parochus Sacramentum, quia tunc communiter non censetur subditus graviter invitus, cùm damnum aliàs facilè suppletur. P. at ego saltem 50. subditis pluries petentibus confessionem, negavi aures. C. qui est ex officio Pastor, tenetur ex iustitia suis subditis, etiam extra necessitatem gravem rationabiliter petentibus conferre Sacramenta. Ita Suarez Lugo & CC. P. in excommunicatione ex metu gravis infamiæ celebravi Missam, dubito an non incurri irregularitatem? C. per metum gravem excusaris à peccato, & à pœna ei annexa. Ita Lohner, Suarez &c: P. Habitâ copiá confessarij in

57

cir-

circumſtantia gravis metûs, licebatne mihi excommunicato, confiteri (conſcius pec: mor: eram) an etiam præmittere Miſſæ actum contritionis? C. Eccleſia præſumitur pro hoc caſu præcipere præviam Miſſæ confeſſioné. P. bis adſtiti matrimonio mearum ovium, extra fines meæ parochiæ ſine licentia parochi loci. Exſpiravit approbatio ad excipiendas confeſſiones, excepi tamen confeſſiones duorum, bene valentium, num mea fuit valida abſolutio? C. valida, ſi illi ex communi errore populi putabant te habere omnia requiſita ad excipiendas confeſſiones. P. contra inhibitionem Epiſcopi, adſtiti matrimonio mearum ovium, an valide? C. valide. P. commiſi Diacono poteſtatem aſſiſtendi matrimonio. C. matrimonium tale eſt invalidum, ſi hic Diaconus non putabatur communi errore eſſe Sacerdos, ita Bonac: de matr: q. 2. pun: 8. n. 23. Sporer & CC. P. non putabatur. C. ocyus cura,

ut iterum contractus fiat in facie Ecclesiæ. Non habita copiâ confessarij, solo actu contritionis præmisso, ter celebravi Missam conscius pec: mor: C. esne confessus quàm primum, hoc est intra triduum. P. ultra triduum ter distuli. Dubium mihi an confessio mea fuerit valida, facta coram presbytero Societatis JESU peregrino, alibi, sed non in hac diæcesi approbato. C. certò fuit valida, quia licet una sententia asserit, alia negat, presbyteros Societatis iter agentes ex una Diæcesi, in qua sunt approbati, ad aliam in qua non sunt approbati, posse audire confessiones, tamen Sacramentum non exponitur periculo nullitatis, quia in dubio tali Ecclesia supplet approbationem, cùm supplere possit, & licet Sacramentum conferre cum sola probabilatate juris, seu circa ius Canonicum. P. tunc etiam licet conferre cum sola probabilitate circa jus Divinum. C. nullô 58

modô

modò licet, nisi in axtrema necessitate. Sic non licet baptisare, priùs proferendo totam formam, & mox ponendo ablutionem, quia quamvis sententia est probabilior, talem Baptismum valere, tamen quia contraria etiam est probabilis, quæ requirit ad valorem, ut saltem aliqua pars formæ conjungatur physicè cum ablutione, Sacramentum exponitur periculo frustrationis. Non enim potest Ecclesia supplere id quod Xstus pro materia, vel forma Sacramenti instituit, nec probabilis Doctorum o-
59 pinio potest facere, ut materia, vel forma Sacrementi sit valida, quæ in re non est valida, quia à Christo non instituta. P. ego unum prius ablui, & post statim formam subjunxi. C. cum P. Gobat multi dicunt talem Baptismum esse sub conditione iterandum. P. cuiusdam pænitentis Poloni matrimonium clandestinum esse validum resolvi, eò quòd in Polonia non esse promulgatum

Con-

Concil: Trident inaudij. C. dicit quidem num: 767 de matr: Cl: LaCroix, de Polonia paſſim teneri, quòd ibi nunquam fuerit publicatum Trident: niſi in quibusdam locis; ſed ſi id verum est, dicendum est, in Regno Poloniæ Decretum Tridentini, de aſſistentia parochi, per conſvetudinem ſolam obſervari. Potest enim per conſvetudinem induci novum impedimentum matrimonij, ut habet citt: adeoq; in Polonia, non valent matrimonia absq; parochi aſſistentia.
P. Quid ſi Parochus ſolùm minoribus ſit initiatus, an valide aſſistet? C. validè P. propter aliquot aſſes non 60
redditæ decimæ, pauperculæ ovi biennio negavi Sacramenta, aliam autē ob negatam decimam propria authoritate excommunicavi. C. non pastor ſed lupus est, qui tam crudelis in ſuam ovem est. Decimandi ſunt qui ſolvendo ſunt, inopibus eleemoſynæ titulo debitum indulgendum, nec ultima vitæ ſubſidia auferenda. Cum

verò Parochus in foro interno solùm habeat iurisdictioné, non potest sine consénsu Episcopi quenquam excommunicare. P. celebravi septies in vino notabiliter ad acetum inclinato, idq; sine causa. C. non auderes tale vinum tuo Episcopo propinare, & DEO illud obtulisti? Caini est deteriora DEO offerre, meliora sibi retinere. P. adstiti bis matrimonio alienarũ ovium sine scitu proprii Parochi. C. tale matrimoniũ non valet. Monendi ocyus pseudoconjuges, ut iterum coram proprio parocho contrahant. P. sed altera pars fuit mea ovis. C. ergo matrimonium valet, & licite adstitisti, cur ergo dixisti alienarum ovium, cum altera pars fuerit tua ovis. P. duobus vulneratis in duello non dedi extremã unctionem. C. quare. P. quia supposui eos esse in peccat: mort: C. an post duellum superfuit tempus pro contritione. superfuit. C. in extrema necessitate præsumendum est

in favorem hominis, pro quo instituta sunt Sacramenta, adeoq; his vulneratis debuit dari extrema unctio, ut docet Layman, Tambur: &c: P. tunc etiam deberet dari Sacramentalis absolutio. C. debebat, si doloris sensibile signum exhibuerunt. P. signum doloris de vulnere, sed non de peccatis dederunt, ast ante duellum 61
Christianè vixerunt, & Sacramenta frequentârunt. C. proba quidem vita & voluntas Catholicè moriendi, est quædam confessio peccatorum in ordine ad absolutionem, saltim conditionatè obtinendam, in articulo mortis, ut docent plurimi recentiores apud Arsdekin, adeoq; posse illum absolvi, qui nulla signa dedit doloris in agone, sed tamen constat eum vg: per testes probè vixisse, crebrò confessum esse, per quod sufficienter ostendit, se etiam in agone postulare absolutionem. Attamen interrumpit hanc voluntatem Catholicè moriendi, qui se resolvit ad pecc:

mort: vg: ad duellum, adeoq; nullo habito signo doloris, nequit talibus vulneratis dari Sacramentalis absolutio etiam sub conditione. P. de his & aliis doleo &c:

Ratio agendi cum simplici Sacerdote.

PÆnit: Pænitentes non permittebam edicere omnia peccata sed auditis aliquibus absolutos dimisi. C.
62 quot dimisisti? P. 100. ab magnum concursum pænitentium. C. talis concursus non est causa justa dimidiandi confessionem, ut patet ex prop: 59. ab Innocent: XI. damnata. Aliàs multæ tempore Paschali, & Jubilei darentur confessiones dimidiatæ, nec possent opportuna remedia dari ad præcavenda nova peccata V. Viva. P. sed esset infamia pænitentium per hoc quòd diu protraherent confessiones. C potest quidem dimi-

diari

diari confessio, dum est scandalum aut infamia si pænitens sine absolutione non communicet, sed in concursu pænitentium, nullum supponetur adesse scandalum, aut infamia: ex protractione confessionis, sed solùm est querela pænitentium, quod nequeant confiteri. P. Vesperas dixi non servato tempore sine causa. C. quo tempore dixisti? P. mox post hor: 12. C. est tempus hoc dicendarum privatim vesperarum, etiam cum completorio. Tempus enim diei post horam 12. inclinat in vesperum. P. Sacram Communionem distribui circa quartam à meridie horam. C. quo tempore licet celebrare, eo fas est etiam Communionem dare; non licet autem circa quartam post meridiem celebrare. Vide LaCroix, sed spectanda est consvetudo ratione Communionis dandæ. P. accepi pro pluribus Sacrificiis plura stipendia parva, & postea unam duntaxat celebravi Mis-

ſam. C. utiq; contentus fuiſti illo ſti-
pendio parvo & promiſiſti petenti
pro illo totum valorem Miſſæ offer-
re. P. ita eſt. C. adhuc promiſ-
ſis ſtare teneris. P. omiſi 10 plg.
minùs Sacra, pro quibus, ſtipendi-
um accepi. C. ſi juxta Layman &c:
peccat graviter, qui ad tempus abſo-
lutè longum differt celebrare Miſſas
pro quibus accepit ſtipendium, mul-
tò magis tu es reus peccati mort. Si
non vis per te, ſatisfac per alium obli-
gationi, vel danti reſtitue ſtipendi-
um. P. accepi duos florenos pro u-
na Miſſa, quam curavi per alium
celebrari dato illi 1. flor. C. tene-
ris vel illi, cui dediſti 1. fl. reſti-
tuere alterum, vel ut ſatis facias
menti dantis, Miſſam pro eo cele-
bra. P. ſciens me aliquid potûs ſum-
pſiſſe, ſed neſciens, an ante 12. ho-
ram noctis, an poſt ſumpſerim, Miſ-
ſam celebravi, an in hoc peccavi?
C. Gobat. Cardenas &c: probabili-
ùs dicunt, te non peccaſſe. Quia
adhuc

adhuc videtur tunc possidere jus com- 64
municandi, donec probetur intercessisse impedimentum, nec possessio est pro præcepto. Lex enim dubia non obligat. P. sine cingulo benedicto Sacris operatus sum, an est hoc peccat: mortale? C. pleriq; docent non esse morta. Imò in gravi necessitate vg: ut die Festo populus audiat Sacrum licet celebrare sine stola, aut albam, si non possit habebi benedicta, adhibere non benedictam. V. Dianam &c: P. mala fi-
de celebravi in Ecclesia consecrata 65
polluta per Sangvinis humani mortaliter malam effusionem factam in Templo, licet non in templum. An hæc Ecclesia post talem celebrationem debet reconciliari ab Episcopo, vel ab alio privilegiato? C. Sa docet esse sufficienter reconciliatam per Missæ celebrationem etiam m. fide, quia hæc Sacratior omni alia reconciliatione. P. sine facultate Episcopi Ecclesiam tantum benedictam, sed pollutam per sepulturam

excommunicati non tolerati, reconciliavi aspersione aquæ benedictæ. C. juxta Dianam licitè fecisti. P. sed in hoc an peccavi mort: quòd multas ceremonias in Missa negligam. C. peccâsti mortaliter, si ita negligis, ut morali hominum judicio, alium ritum censearis observare & non eum qui est præscriptus in missali: sed tu consule conscientiam, an hæc tibi Sacris operanti dictavit id esse mortale, & quoties? P. dictavit esse mortale 10 plꝰ minꝰ In ordinatione non tetigi physicè, & immediatè calicem cum patena & hostia. C. non tangendo physicè instrumenta, Sacramentum exposuisti periculo nullitatis, debes iterum sub conditione ordinari, cùm aliqui doceant esse invalidum, sic susceptum ordinem. P. interdictus specialiter, extra necessitatem confessiones excepi. C. quot hominum? P. 10. sed validane fuit mea absolutio? C. valida cùm interdictum

non

non privet ordine vel jurisdictione,
si tamen tuus ordo valet. In dubio
valoris abstine ab exercitio ordinis,
donec sub condirione ordineris, in
presbyterum. Curabis ne id? P. cu-
rabo. Nolo me & alios perdere.
De his & aliis doleo. &c:

Ratio agendi cum Simoniaco.

PÆnit: C. D. O. &c. Sacrum bis 66
celebravi, & concionem bis di-
xi propter stipendium tanquam pro-
pter finem principalem. C. utiq;
simoniacus non est, qui dat Sacer-
doti temporale stipendium, & per il-
lud principaliter intendit Missam;
item non est culpandus, qui bona
opera facit, ut temporale assequatur
bonum. P. sed hi supponuntur non
pluris æstimare temporale, quàm Spi-
rituale nec etiam æquiparare, tem-
pora-

porale Spirituali, nec in finibus præfatis sistere, sed per eas ulterius ad finem honestum tendere. At ego in emolumento temporali, tanquam fine principali, & ultimato perstiti; nec illud direxi ad DEI honorem, vel bonum Spirituale proximi æquiparando temporale Spirituali, ceu Barabbam Christo. Præsentavi duos ad beneficium simoniacè, primum ex hoc principaliter fine, sed sine pacto ullo etiam implicito, ut ab eo pecuniam acciperem; secundum ut illi obsequia temporalia non persoluta compensarem. Sine licentia Papæ procuravi alteri beneficium cum certa confidentia, ut ille ex eo pensiones & fructus præstet alteri. Impetravi mihi certum beneficium, & meum resignavi Titio cum pacto ut Titius tamdiu illo frueretur, donec meus patruelis ætatem habuerit, qua habita teneatur eidem patrueli illud resignare: aliud quoq; beneficium resignavi Caio cum onere

ut Caius, meo patrueli solvat fru-
ctuum ejusdem beneficii partem, do-
nec in possessionem alterius beneficij
veniat. Obligavi me daturum 100.
fl. non velut pretium, sed in vim
gratitudinis, si mihi Collator daret
beneficium, sed fortè per hoc simo-
niam conventionalem non commisi?
C. commisisti. Nam qui vult sol-
vere debitum puræ gratitudinis,
non debet se obligare ullo modo
ad aliquid determinatum, sed potest
se obligare ad solvendum debitum
gratitudinis per rem aliquam inde-
terminatam prout ipse voluerit, vg:
per preces, eleemosynas pro Collatore
&c: Quanquam Cardenas dicit per
verba: confer mihi beneficium, &
ero tibi gratus ero, incurri simoniam
non solùm mentalem, sed & con-
ventionalem, subiectam pœnis ju-
ris, præsertim si hæc verba accepten-
tur, tanquam obligatoria ad aliquid
certum: P. ergo si non fiat obli-
gatio ad aliquid certum, licet expe-

ctando naturalem gratitudinem, aliquid dare quando non agitur de beneficio conferendo. C. licet; sic licet demereri donis usurarium quando quis non est in necessitate mutui contrahendi, ut is postea gratus sit, & mutuum det sine usura. Item licet post acceptum mutuum sine pacto usuræ, dare pro libitu aliquid in vim gratitudinis, pariter post acceptum beneficium Spirituale licebit aliquid sine prævio pacto collatori offerre. Sed frustra disputamus, à simonia confidentiali, & reali te non possum absolvere. P. quis ergo potest? C. per simoniam
67 realem & confidentialem, incurristi excommunicationem Papalem, ab hac te potest absolvere solus Papa, & illi, qui Privilegium habent absolvendi à reservatis Papæ, in occultis autem, necdum deductis ad forum contentiosum, possunt secundùm Triden: Ses: 24. c. 6. de refor: Episcopi. Ab inhabilitate verò

ad

ad idem beneficium, si occulta sit
simonia, posse dispensare Episcopum
asserit Less: Sanchez &c: apud Dia-
nam p. v. 15. Res: 18. sed negat
CC. cum LaCroix n. 229. P. si di-
spensationem non obtinuero ab inha-
bilitate, teneorne beneficium restitu-
ere? C. illud nullo titulo potes re-
tinere: imò fructus beneficij teneris
restituere. P. an ante sententiam ju-
dicis teneor restituere? C. ita est.
P. per simoniam ad alia beneficia
an incurri inhabilitatem? C. est sen-
tentia CC. quod incurristi etiam
ante sententiam judicis: sed alii pro-
babiliter docent, quod non incur-
risti ante sententiam. Vade in pace.

Ratio secunda cum eodem.

PÆnit: Impediebar injustè à be-
neficio obtinendo, hinc redemi
ve-

vexam iniustam pecuniâ. C. à qui-
68 bus redemisti vexam hanc, an ab a-
liis, qui solùm possunt impedire,
& non juvare, si ita est rectè feci-
sti, an autem ab aliis, qui ad be-
neficium juvare possunt præsentando
eligendo &c: P. ab aliis qui possunt
juvare. C. simoniam commisisti, quia
dando illis, qui juvare poterant, per pe-
cuniam directè parâsti viam ad be-
neficium. Dando autem illi, qui so-
lùm obesse posset, directè intenderes
tollere injuriam, & solùm indirectè
ac remotè parares viam ad benefi-
cium, quod non est contra leges. P.
possumne retinere tale beneficium? C.
invalidè illud obtinuisti, non potes sed
debes dimittere, & restituere cum
fructibus. P. consvetudo est ut pe-
cuniis acquirantur beneficia. C. con-
svetudo hæc est irrationabilis, cui
ut pote contrariæ legi naturali, &
positivæ, constanter reclamat Eccle-
sia, quia damnat propositiones, quæ
tali consvetudini serviunt, & raris-
sime

simè dispensat, imò jubet dimitti be-
neficia, & restitui omnes fructus.
V. LaCroix de sim, n. 193. P. &
quare licet ex consvetudine clericis
accipere dona quædam, seu oblitiones
pro exequiis, benedictionibus nuptia-
rum, ceremoniis Baptismi &c: C. hu-
ic consvetudini non reclamat Eccle-
sia, eô quòd originem habeant à gra-
tuita recognitione. Hinc exigi non
debent, antequam functiones illæ fi-
ant, ne sit species emptionis, sed
dantur pro jam factis. Multæ etiam
decimæ vg. lucri in negotiatione pe-
corum, lini, fructuum, lanæ, &c:
quondam Ecclesiæ dari solitæ, nunc
in desvetudinem venerunt, adeoq; præ-
sumi potest, has esse conversas in
particulares exactiones, tunc facien-
das, cùm exhibentur Ministeria quæ-
dam Spiritualia, ut habet Engel l.
5. T. 3. n. 16. dicens n. 14. non
licere parochis ob negatam pecuniam
negare Sacramenta,, sed debere aliâ
viâ vg: apud Episcopum jus suum
prose-

prosequi, aliàs grave esset scandalum & species simoniæ, non leveq; parochianis damnum, si mediis saluti carerent. P. plura non memini. C. at ego memini me non habere potestatem absolvendi à Papalibus. Confer te ad habentem ius in reservat.

Ratio tertia cum eodem.

PÆnit: Dedi Episcopi famulo pecuniam, ut is mihi significaret prima beneficia vacantia, putando id esse simoniam. C. non est simonia
69 quia pretium pro sola manifestatione beneficiorum vacantium remotè se habet ad beneficium. P. sed in hoc fuit simonia, quòd cuidam dedi fl: 20. ut is intercederet apud domesticum Collatoris, intercessurum pro beneficio mihi dando, sed non est datum. Cariùs quàm materia valebat Sacrum chrisma vendidi, ex sola ratio-

ratione benedictionis, vel consecrationis: Item carius vendidi imagines quia Reliquias attigerunt: Incurrine ego per hæc peccata pœnas Eccl: simoniæ? C. simoniæ pœnæ tantùm incurruntur per simoniam in ordinibus, beneficiis, & ingressu Religionis. Ita P. LaCroix de pœnis simoniæ. P. de his & aliis doleo &c: C. pro pœnitentia leges librum Spiritualem cum brevi reflexione ad mores &c.

Ratio quarta cum eodem.

PÆnit: Temporale munus sine pacto gratis dedi, veluti aliquid compensans, & adæquans æstimabilitatem rei Spiritualis, C. grave vitipendium est rei Spiritualis, si illi æquiparetur temporalis tanquam justum pretium ejus. P. inservivi Episcopo hac intentione, ut pro mercede

cede mihi conferat beneficium, sine ulla tamen conventione externa, verbis aut signis facta. An incurri per hanc simoniam pænas juris. C. non incurristi, nec teneris beneficium dimittere datum in compensationem sine pacto. P. ob pretium acceptū promisi quendam non eligere ad beneficium, an simoniam commisi? C. commisisti, quia non solùm eligere ad beneficium, sed etiam reijcere ab eo, est exercitium Spiritualis jurisdictionis Eccles. Ergo est invendibile. P. utiq; non est simonia, si parochus pecuniam accipiat, ut non audiat confessionem Caij. C. non est quia omittens audire confessionem, non exercet jurisdictionē sed solùm voluntariè illâ non utitur. P. de his & alijs doleo &c. C. dies Coronas 3. & dabis eleemosyn: fl. 1.

Ratio

Ratio quinta cum eodem.

PÆnit: habens jus ad rem, quia
fui præsentatus ad beneficium,
sed necdum habens institutionem, 70
dedi pretium ei, qui me debebat,
sed injustè nolebat instituere. An
possum ei hoc beneficium restituere?
C. debes dimittere, cùm realem si-
moniam commiseris, nam necdum
habens jus certum in re, per pecu-
niam stravisti tibi viam ad benefi-
cium pacificè acquirendum. P. utiq;
vexam licet redimere in re Spiri-
tuali. C. ℟. 1. si justè vexeris circa
aliquod jus Spirituale, jam in re ob-
tentum, simonia est pretio vexatio-
nem redimere, ita Pirrh: Diana &
CC. contra Pasqu: quia nunc jus tu-
um non est firmum, sed potest aufer-
ri, & tunc vexationem dum redimis,
re ipsa tibi emis jus firmum & ut

habendum pro futuro ℟. 2. Si habes jus Spirituale in re acquisitum, potes pretio redimere omnem vexam injustam, qua quis vult tibi illud jus auferre. Ita S. Thomas & CC. quia tunc non das pretium pro re Spirituali, quam jam habes, sed pro liberatione, ab injuria quæ est quid temporale & pretio æstimabile. ℟. 3. Si institutionem ad beneficium habes & impediaris injustè à capienda possessione, licebit tibi pretio vexam redimere. Ita S. Thomas, Diana &c. contr: Garciam &c. Quia acquisito titulo & jure, pretium non datur pro aliquo Spirituali, sed tantum ut tollatur injustum impedimentum possessionis, quæ institutioni vg: debita est. ℟. 4. si non dum pacificè & indubitatè obtinueris jus, sed alius quoq; habeat jus probabile, vg: si tu & alius acceperit institutionem, simoniam committes dando pretium pro jure tibi sine controversia acquirendo. Less: Suarez &c: contra Pasqu: quia tunc

datur

datur pretium pro jure necdum plenè acquisito, nec est redemptio vexæ injustæ. Vide LaCroix. P. de omnibus doleo, peto absolutionem. C. non habeo in simoniam jurisdictionem. P. Mi Pater absolve me cum onere comparendi coram Superiore. C. sine gravi causa nequeo. P. est gravis causa scilicet ut in DEI gratia Sacris operer, quæ decantanda suscepi, & hic & nunc non possum resilire sine gravi mea infamia scandalo & murmure populi, meam solius Missam expectantis. C. pro pænitentia tamdiu ferijs quartis jeiunabis, donec beneficium vel dimittas, vel ab inhabilitate ad illud dispenseris &c.

Ratio sexta cum eodem.

PÆnit: Contuli cuidam beneficium Eccl: sub pacto, ne me in

posterum vexet, & noceat. C. Spirituale dedisti pro temporali commodo, & amotionem vexæ emisti re Spirituali. P. quòd si abq; pacto conferrem beneficium, intendens eum placare, ne ulterius noceat, esletne simonia? C. non esset quia amotionem vexæ non intenderes ut pretium beneficij dati, sed ut effectum consequentem ex collatione beneficij V. LaCroix 82. P. dedi pecuniam competitoribus, ut desisterent jus suum prosequi in hoc beneficio, quòd habeo. C. redemisti vexationem justam, & pretio parasti tibi directè viam ad beneficium. Teneris illud dimittere, vel ab inhabilitate debebis dispensari. P. post examen ratione concursûs ad hoc beneficium curatum, dedi examinatori pecuniam pro favore præstando. C. Trident. ait; Caveant, ne quidquam prorsus occasione huius examinis, nec ante, nec post accipiant, alioqui vitium simoniæ tam ipsi, quàm aliis dantes

incur-

incurrent, à qua abſolvi nequeant, niſi dimiſſis beneficijs, quæ quomodo cunque etiam antea obtinebant, & ad alia impoſterum inhabiles reddantur: hæc Conc: cui priùs ſatisfac, & tunc venies pro abſolutione.

Ratio agendi cum infirmo

COnfeſſ: Indigesne noſtro juvamine Spirituali? P. Indigeo. 71
C. bene quòd in corporis infirmitate habeas curam animæ. Si hanc ſanitati reſtitueris per pænitentiam, fortè etiam optimus medicorum DEUS corpus perſanabit. Sæpe enim immittit morbos corpori, ut ſanitatem donet animæ. Nam teſte Lipſio Ep: 10. Erigit attollitq; ſe animus corpore jacente. Et S. Laur: Juſtin: ait: Optimum medicamentum ad ſalvandas animas ægritudo cor-

poris esse comprobatur. Aperi jam morbos mentis. P. volo confiteri ex tota vita. C. Hoc est consilij, illud autem præcepti, ut confitearis pecca- ta mort: post confessionem ultimam commissa. Fac prius quod est præ- cepti. P. in infirmitate hac diebus jeiunij comedi cum lacticiniis. C. Ec- clesia non obligat ad jeiunium gra- viter infirmos. P. ego me putabam obligari, cùm non haberem dispensa- tionem. C. dispensatio in lege jeiu- nij non requiritur, cúm subest cer- ta, & gravis causa excusans à jeiu- nio. Quoties ergo, & quot diebus esurialibus fuisti lactantius. P. ter singulis 6. diebus. C. recurrendum erat ad parochum pro dispensatione, possunt enim parochi dispensare in jeiunio, si ita ferat consvetudo. P. maledixi valde inservientibus mihi. C. an cum desiderio ut eveniret ma- lum. P. sine. C. ut leviûs tuos fe- ras dolores, revolve animo Christi passionem, & pænas majores, peccatis

debi-

debitas. P. tentationes contra fidem mihi ſæpe recurrebant. C. an illis conſenſiſti & quoties, & an dubitaſti de fide? P. aſſenſum præbui 7. 72
& dubitavi de fide v. 4. C. ſic tentatus hunc oppone clypeum. Cogitato DEUM non poſſe falli, & fallere, quidquid revelavit, eſſe infallibiliter verum; dæmonem hunc laqueum tibi inijcere, ut te ad infernum pertrahat; ſtultiſſimum te fore, ſi cum ſapientiſſimo ſatana volueris diſputare, P. hæc ſunt peccata ab ultima confeſſione, ſed ab uſu, an ab abuſu rationis ſunt hæc. Pluribus venialibus detractionibus ſæpe repetitis graviter læſi famam unius apud unum. De viro gravi & Religioſo mendax dixi eum ſæpe mentiri. C. quoties id dixiſti, & an famam huic, & illi reſtituiſti? P. dixi ſemel, ſed famam non reſtitui, quia hæc alia ratione eſt reſtituta, & infamia prudenter nunc cenſetur abijſſe in oblivionem. In præteritis confeſſionibus totius vitæ

tacui peccatum sodomiæ ob pudorem. C. an sodomiæ perfectæ, id est masculi, cum masculo? P. ita est C. dic numerum tot peccatorum. P. pudor & confusio operuit faciem meam. C. Non novi te, si mihi verè dicas, idem est ac si coram pariete diceres. Sed audi S. Chrysost. in ps. 105. tibi inclamantem. Cur vereris Domino indicare, quod veritus non es ipso præsente committere? P. sodomia fuit 7. confessiones & Communiones sacrilegæ 20. plꝰ minꝰ. Fornicationem 10. repetij; putavi DEUM tam bonum, ut mihi hæc peccata per unicam confessionem eadem facilitate sit remissurus. C. hæc est præsumptio de misericordia DEI. V. LaCroix. P. præmissis furtis parvis adverti me ad materiam gravem pertingere meo furto bis, sed restitui. Decem tamen aureos uni, actu uno sublatos, adhuc retineo, sed volo per te Pater restituere: tu mihi singrapham soluti debiti exhibebis. C. possũ

qui-

quidem id facere sed timeo ne ipse in suspicionem furti veniam: tu cùm convalueris, potes sine infamia restituere, Domino tantundem, quasi gratis dando vel aureos titulo depositi concedendo, & eorum usum permittendo donec repetas; repetes autem nunquam, vel etiam rem æqualis valoris rebus Domini vg. equum equis adiungendo. P. defatigationẽ & alia impedimenta jeiunio apposui, ex solo desiderio non jeiunandi. C. quoties: P. 8. plꝰ minꝰ; sine gravi causa die festo contuli me ad eum locum in quo scivi me non auditurum Missam. C. quoties? P. 5. plus minus; notabili tempore de re seria tempore Missæ confabulatus sum. C. attendistine tamen ad ea, quæ fiunt in altari? prorsus non attendi. C. quoties? P. 7. plus minus. C. ut satisfiat præcepto audiendi Missam, debet haberi attentio saltem externa. P. alijs verò Missis die Festo interdum veni sub Evangelium, interdum

pro

pro Offertorio, an pecc: mort: Suarez, Sotus &c: dicunt, tunc peccari mortaliter, si quis non intersit Missæ ab initio usq; ad Evangelium inclusivè. Layman & Illsung tr: 5. n. 160. non damnant mortalis eum qui venit ante Offertorium immediatè. Tu conscientiam consule, an hæc tibi dictabat esse mortale. P. dictabat, id esse malum in genere: diebus vetitis comedi cum lacticinijs in Prussia. C. id eò loci fas est, sed tu an id tibi duxisti crimini. P. duxi 6. In Polonia quoq; comedi die jeiunij lacticinia carens piscibus. C. habuistine aliquid, quo te confortares? P. habui panem & vinum generosum. Ferijs sextis comedi bis ad totalem extinctionem famis. C. Id licet ex consvetudine recepta. Citatur à P. Młodźianowski in contra lex, sed contra eam est præscriptum. P. parvam quantitatem ter abstuli, volens singulis actibus pervenire ad magnam. Clepsi equum Titio, putans invinci-

cibi-

cibiliter illum esse Cneij, interea hic
equus casu mero periit, an ego tene-
or restituere Titio? cùm non sim fa-
ctus ditior, nec damnum aut for-
malem injuriam intendi. Tan bur:
. 5. c. 4. §. 3. n. LaCroix &c:
contra Sanchez &c: dicunt te non te-
neri ad restitutionem. P. cùm tene-
ar restituere furtum aureorum & sim 73
ulterioris incertus vitæ, habe mi Pa-
ter apud te hos 10. aureos, & casu
quo decedam, restitue Caio. C. an-
nuo. P. de his & aliis &c: C. so-
domia est hic casus reservatus, sed
te absolvam, cum onere, ut sanus
factus, hoc scelus confitearis haben-
ti in reservata jurisdictionem. Nunc
verò pro pænit: morbum hunc cre-
briùs DEO pro peccatis offeres &c:
P: adhuc mihi occurrit hoc pecca-
tum, quòd votum grave ter viola-
vi. C: an votum de re aliunde jam 74
præcepta. P. de re arbitraria. C. &
mihi occurrit de quo non interro-
gavi. Extra tempus actûs fornicarij,
habui-

habuiſtine delectationes venereas, vel deſideria. P. habui cum deſiderio ad liberas vicibus 20. plꝰ minꝰ; ſine deſiderio 30. C. dolesne de omnibus peccatis? P. utiq; jam dolui. C. & ego te jam abſolvi, ut iterum nunc abſolvam debes præmittere dolorem. Vide LaCroix n. 717. P. Doleo. &c: C. & ego te abſolvo &c:

Ratio agendi cum agonizante.

75 CONfeſſ: Heus bone homo! DEI memento hoc reſiduo vitæ momento, peccata dolore elue, ut purus in conſpectu Judicis appareas. Da ſignum doloris de pecc: ſtringe meam manum, oſculùm præbe Crucifixo, percute pectus, ſuſpice cælum, dic mente, quod ore nequis. Doleo mi DEUS, quòd te ſummum bonum offenderim. Parce mihi

pro-

propitiare reo, de cætero nolo peccare miſerere mihi, amo te ſuper omnia, fiat voluntas tua. Ignoſco inimicis meis, tu mihi. Credo, ſpero in te. Nullum ſignum doloris exhibet. Vos dicite mihi vixitne hic homo Catholicè? ℟. vixit ſcandalosè. C. ipſene inclamavit Confeſſarium: ℟. ipſemet. C. ſi. ipſemet, præſumitur habere dolorem, adeoq; danda illi abſolutio. Doleſne quòd DEUM offenderis? dic doleo mi DEUS &c: Miſereatur tui Omnipotens &c: Abſolvo te à peccatis tuis, In Nomine Patris, & Filij & Spiritûs Sancti Amen.

Ratio agendi cum aſpirante ad nuptias.

PÆnit: ex mutua mecum conſpiratione, Domina mea dedit ſuo 76
marito venenum, ut poſt ſuam mortem

tem me haberet maritum. Domino persanato, & in duello interfecto, possumne Dominæ nubere? C. potes. P. sed intercessit cum Domina bis adulterium cum pacto nubendi mihi post mortem domini. C. per datam fidem de matrimonio contrahendo cum adultera, contraxisti impedimentum dirimens. P. sed hanc promissionem revocavimus post adulterium. C. revocatio hæc non sustulit impedimentum jam contractum. P. utiq; hoc impedimeutum non oritur, si promissio ante adulterium revocetur. C. hoc verum est, quia tunc nondum fuit impedimentum positum. P. sed fortè domina mihi ficté, & non seriô promisit matrimonium: C. si certus esses fictionis talis, probabilius est, te posse nubere dominæ. Ita Diana, Layman, Krimer &c: contra Sanchez &c: Sed cûm non sis certus, alia tibi sponsa quærenda. P. ergo nubam Bertæ, quæ est meæ priori uxori consangvinea

in

in quarto gradu. C. nec huic validè nubes, quia affinitas ex copula licita dirimit matrimonium ad quartum gradum inclusivè. P. at mea prior conjux fatis cessit, ante copulam. C. Nec consangvineæ in quarto gradu uxoris tuæ, validè nubes, adhuc obstat impedimentum publicæ honestatis, dirimens matrimonium usq; ad quartum gradum inclusivè. P. sed meum illud matrimonium fuit invalidum. C. fuitne invalidum ex defectu consensus, hoc est contraxistine illud cum errore personæ, aut ex metu gravi injustè incusso, aut in ebrietate plena, vel amentia. P. nihil horum, sed contraxi sine parocho & testibus clandestinè. C. tale matrimonium non est invalidum ex defectu consensûs, sed ex defectu Solenitatis à Concil: Trident: requisitæ, adeoq; Bertæ nubere validè non potes Ita Sporer n. 62. Perez &c: contra Sanchez &c: dicentes, quòd tunc sit defectus consensûs, nec sponsalium

vim

vim habens. P. ego Sanchez & aliorum ſententiam ſequar, & Bertæ nubam. C. in dubio juris ſupplet, & diſpenſat Eccleſia. P. tetigi liberam. C. an manu, vel oſculo? P. utroq; . C. copula non fuit? P. fuit bis. C. cur id prius non expreſſiſti? P. pudor diſſvaſit. C. Utinam hic orator & peccatum diſſvaſiſſet. P.
77 non peroravit tunc pro domo mea. C. pudor tuus reus gravis ſacrilegii, *Lutum eſt iniquitas*, ut ait S. Ambroſius. Vis mundare ab hoc luto faciem conſcientiæ? & pejus inquinas. *Non pudeat dicere, quod non puduit facere*, an accuſas te de hoc Sacrilego pudore, & doles? P. accuſo & doleo. Habui pollutionem ſed eam deteſtatus ſum. C. nonne fuit delectatio ſpontanea in hac turpitudine. P. fuit 10 plus minus, ſed ſine affectu ad ullam perſonam. C. id erat dicendum prius, dixiſti deteſtatus ſum P. quia dolorem de peccatis poſt horam elicui. C. dic an mala fide addi-

diſti

diſti? deteſtatus ſum. P. mala fide. C. ſtultus qui ſe volens luto mundare, excrementis hominum ſe inquinat. P. negligens fui in reijciendis cogitationibus venereis. C. an interceſſit in eis plena delectatio, & quoties? P. fuit hæc 20 p. m. De his & aliis pecc: doleo &c:

Ratio agendi cum Judice Sæculari.

PÆni: Ex horto Religioſorum men-
dicantium unum, alterum ex cam- 78
panili, non diſtante 30 paſſibus ab
Eccleſia, reos capitis juſſi extrahere,
& carceri ſæculari includere. C. in-
curriſti ſacrilegium, Excommunica-
tionem, infamiam, reatum pœnæ ca-
pitis, & mulctam pecuniariam. V. Del-
bene d. 31. Teneris ante omnia reos
reſtituere aſylo. P. ſed unus horum
è carcere profugus, è fuga retractus

eſt. C. ſi ita eſt, hic reus videtur perdere privilegium immunitatis non aliter, ac ſi è loco fugiens aſyli captus eſſet. V. Farin: Delbene d. 31. n. 17. Alterum autem debes aſylo reſtituere. P. at eſt capitis ſententia in eum lata? C. invalidè lata. Ita Greg: 14. P. reus renunciavit juri ſuo ad aſylum. C. renuntiare nequit, cùm ſit principaliter jus, & cauſa Eccleſiæ. Ita Barboſa, Suarez &c: P. mi Pater hic ſecundus reus non gaudet Privilehio aſyli. C. quare? P. quia ex inſidiis erumpens ſpoliabat homines rebus ſuis, intentata morte, ſi id non permitterent. C. nec eos, qui privilegio aſyli non gaudent, licet extrahere, ſine Epiſcopo vel ejus Vicarij authoritate, & licentia expreſſa. V. Delbene d. 40. S. 1. P. ſed Epiſcopus culpabiliter noluit eum extradere. C. ſi ita eſt, potuiſti reum extrahere, ſed in ſolo Eccleſiaſtico carcere detinere, donec Epiſcopus

etiam

etiam per alium, vel ejus Superior de crimine, quamvis excepto & licet prius notorio cognoverit V. La-Croix de asylo. P. Mi Pater videor etiam mihi in hoc casu non læsisse immunitatem. Primò, quia hortus ille non est ad DEI cultum ordinatus, nec adjacet Monasterio, sed aulæ, quam Religiosi Societatis JESU recreationis causa adeunt. 2do quia unus ex reis juravit se rediturum ad carcerem, nec rediit, sed ad hortum fugit. C. juramentum de reditu ad carcerem, privilegio asyli reum non privat. V. Layman, Delbene sect: 10. Et per privilegium Eugen: 4. apud Lugo in resp: mor: l. 2. d. 15. villæ seu Grangiæ, quas recreationis causa habent Religiosi Cistercienses & cum illis in privilegiis communicantes, gaudent privilegio asyli. P. sine causa distuli valde notabiliter causarum ex- 79
peditionem v. 3. C. teneris restituere damna hinc secuta. P. semel

tortum, eò quòd non sit fassus crimen, jussi iterum in tortura cruciari, non habitis novis urgentissimis indiciis, nisi hoc, quòd in prima tortura tacuerit, quasi nihil sentiret C. potuit ne hæc naturaliter sustinere tormenta? P. non potuit. C. ergo imposuisti tormenta humana infirmitate graviora, ergo iniquè fecisti, nec habes ultra jus procedendi contra reum. P. quem privatâ scientiâ novi esse innocentem, quia fuit probatus juridicè nocens, condemnavi ad mortem. C. adhibuistine omnes modos ab liberandum reum, vg: impediendo accusationem, aperiendo carcerem, remittendo causam ad Superiorem. P. nihil horum. C. directè occidere innocentem est intrinsecè malum. V. Less: l. 2. c. 29 Lugo &c: adeoq; tenebaris adhibere modos liberandi. P. procuravi reo advocatum negligentem, nec satis intelligentem, minusq; solicitum pro sonte. C. hoc est præcludere arma

justæ

justæ defensionis, & indirectè reos occidere. P. cùm partium jura essent obscura, actori potiùs favi quàm reo contra Reg: 11. in 6. Advertens unum è litigantibus omittere aliquid quo posito evinceret, hoc illi suggessi C. an hoc habuisti pro pecc: mort? P. dubius fui peccati. C. censent quidem Diana &c: cum Dicastilio de just: l. 2. t. 1. d. 5. n. 285. quôd id possit fieri ex charitate, sed Vasquez Sanchez & CC. cum LaCroix docent in hoc esse peccat: mort: quia Judex debet se gerere tanquam personam publicam in omnibus, & judicare juxta allegata & probata, ac indifferens esse ad utramque partem, nec agere advocatum unius. P. Judiciariam sententiam juxta opinionem minùs probabilem tuli. C. Judex debet judicare juxta merita causæ, & sententiam ad decidendam causam eligere, quæ maximè videtur rationi conformis, aliàs esset acceptor personarum. P. sed prævidi Superiorem

judicem ex appellatione aliter judicaturum. C. non ideo licebat tibi procedere contra tuam conſcientiam. P. utique licet ſequi ſententiam probabilem relicta probabiliore. C. Judici
(8) non licet, nam Jnnocentius XI. damnavit hanc 2. prop: Probabiliter judico, Judicem poſſe Judicare juxta opinionem etiam minùs probabilem. P. ergo mihi non liceret juxta ſententiam minùs probabilem judicare, quam ſuperior judicaret probabiliorem, & juxta eam me iuberet judicare. C. non liceret, ſi tibi certum eſſet, quòd tua ſententia ſit probabilior, quia mandatum ſuperioris eſſet de re peccaminoſa. P. ergo ſi Titius vg: certam probet poſſeſſionem; & probabilior ſit ratio proprietatis pro Caio, deberem adjudicare Caio rem ſub lite. C. ob jus probabilius non poteſt poſſidens ſpoliari poſſeſſione. Quia certum eſt titulum legitimum poſſeſſionis prævalere. Attamen contra proprietatem certam

alteri

alteri servientem nulla valet posses-
sio, nisi accedat præscriptio V. Card:
Lacroix n. 1485. P. jure duorum
ad rem æque probabili adjudicavi
rem totam uni. C. debebat res di-
vidi, vel per partes ipsas fieri transactio:
ita Layman, Suarez &c. contra Dia-
nam p. 24. t. 13. &c. dicentes pos-
se adjudicare, cui volet, cùm lex
non determinet, cui sit adjudican-
dum sed in hac sententia Judex fa-
cilè erit acceptor personarum nec aget
tanquam persona publica. Hinc Alex:
7. damnavit hanc prop: 26.
Quando litigantes habent pro se ra-
tiones æque probabiles, potest Judex
pecuniam accipere, pro ferenda sen-
tentia in favorem unius præ alio.
P. utiq; in lite circa beneficia Ec-
clesi: quando est æqualitas rationum
Judex potest beneficium applicare,
cui volet. C. est talis Ecclesiæ con-
svetudo, & beneficium dividi non
debet, & id fit cùm partes, nec
in compositionem nec in sortes con-
senti-

ſentire volunt. V. LaCroix de ſta: n. 1493. P. accepi pretium pro ſententia juſta ferenda. C. teneris ad reſtitutionem, cùm hæc ſententia fuerit aliunde debita litiganti. P. & pretium pro ſententia ferenda injuſta, an teneor reſtituere? C. non teneris. Ita Moya d. 1. Lugo diſ: 37. n. 127 quia non tenebaris ad illam ſententiam injuſtam, & litigans cenſetur velle transferre dominium propter utilitatem ſibi obvenientem. Attamen fortè ad plus teneris. P. ad quid tale? C. ad reſtitutionem damni ex ſententia injuſtè lata. P. ſed ego talem ſententiam non tuli, ſed ſolum paritatem poſui. De his & alijs doleo &c.

Ratio agendi item cum alio Judice.

PÆnit. Non ex intentione justitiæ 81
sed ex odio gravi personæ, sententiam tuli non habens sufficientem casuum ordinariorum notitiam, in officio Judicis occurrentium, munus petij, admisi & retineo. C. quoties cum tali ignorantia operabaris? P. 10. plus minus. C. fuitne id cum gravi damno aliorum? P. fuit C. teneris ad interesse parti læsæ, ad expensas litis restituendas. Imò non potes hoc officium retinere cum damno & periculo proximi. Visne renuntiare tali officio? P. non possum sine damno meo. C. imò cum gravissimo damno tuo non potes hoc munus retinere. Pereat mundi lucrum ne fiat animæ damnum. Damnum proprium times, & proximi non times. Dic candidè, an vis nuntium remittere officio Judicis? P. non possum. C. nolle in culpa est, non posse prætenditur, ego etiam te absolvere non possũ. &c.

Ratio

Ratio agendi cum Advocato.

PÆnit: Suſcepi tuendam cauſa
injuſtam v. 5. plus minus. C
82 fuitne 15? P. fuit. C. & quare di
xiſti 5. plus minus? utiq; per particu
las plus minûs, vel circiter, ad
jectas certo numero, demitur al
quid parvum vel additur. Sic pa
vi exceſſus videntur eſſe unum re
ſpectu 4.; tria reſpectu 20. quatuo
reſpectu 40. ſex etiam vel noven
reſpectu centum, & ſic ultra cu
proportione. Vide Sporer n. 446
&c. Addit Dicaſt: n. 119. Si dixe
ris circiter millies, eſſe ſatis, quam
vis feceris millies quinquageſies, ve
minus vicibus 50. P. mi Pater
ego dixi quod totâ vitâ vicibus 1
ſuſcepi cauſas injuſtas, at poſt ult
mam Confeſſ: vicibus 5. C. damn
inde ſecuta an reſtaurâſti? P. no
fui

fui monitus de hoc. C. utiq; te pædagogus sæpe monebat. P. non novi pædagogum. C. an nôsti, quod dixit Epictetus: Parentes nos pueros pædagogo, DEUS autem jam viros, conscientiæ custodiendos tradit. P. hic quidem pædagogus me sæpe monuit. C. moneo & ego an restitues? P. restituam. In causa criminali dubia bis defendi partes actoris secuto damno. Clientis unius causam minùs probabilem, dixi esse omnino justam, & sic eum aliàs non litigaturum induxi ad expensas litis. Defendi bis partes Actoris, contra possessores agentis, sciendo rem semper mansuram dubiam: C. *non ferenda fori illa tabes, & advocatorum pestis, quæ fortunas civium arrodit, & hoc agit, ut mali plus à medicina, quàm à morbo sit.* Hæc Daniel Eremita de aul. vita l. 1. c. 13. Ego addo te teneri ad restitutionem damnorum omnium P. quomodo salvâ famâ? C. in ludo vg: chartarum sponté tantum

perde quantum damnificato Collusori tuo debes. In contractibus etiam emptionis, venditionis, locationis &c: tantum deme, auge, quantùm teneris restituere, vg: venditurus equum valentem ad minimum 200. timpf. à damnificato tantùm accipe 150. fl: si ei debes flor: 50. &c: P. in progressu causæ iniquitatem videns, non suasi statim clienti, ut desistat, sed suasi compositionem cum damno partis. Nolui gratis patrocinari pauperibus in gravi necessitate cùm facile possem; tria fundamenta unius clientis quem jus e defendi, aperui adversario cum damno clientis. De his & aliis doleo &c.

Ratio agendi cum reo capitis

PÆnit: C. D. O. C. ante confessionem scito, quód sive sis nocens

sive

sive innocens, id tibi nec obesse nec prodesse possit, cúm ea, quæ mecum 84
in foro conscientiæ ages, nequeant Judicibus communicari. Aliás multi rei falsò se probarent in confessione innocentes, si scirent confessarium pro insontibus intercedere. Alij autem se falsò reos confiterentur ex metu removendæ torturæ. Jamne es in foro externo probatus nocens? P. jam. C. nunc confitere. P. cùm non possem mihi ab hoste instantem evadere mortem, furatus sum ex campo equum; qui protunc me salvavit, at nunc ad malam crucem damnavit. C. in hoc casu non commisisti furtum; furtum enim in nullo casu licet, sed in extrema necessitate alienam rem accipere licet, in hac enim necessitate, omnia sunt communia. Hac in parte es innocens. P. justa DEI 85
judicia, aliàs enim furatus equum, nec pænas lui. C. damnum an compensâsti? P. ablatum quidem quondam equum vendidi, sed alium ejusdem pre-

pretij, equis domini illius de nocte adiunxi, rogo mi Pater age pro nunc insontis causam. C. jam dixi me non posse, si pro te agerem silendo de aliis mihi nunc confessuris reis, sigillum frangerem. Videbor enim illorum scelera confirmare. Utiq; potes à sententia injusta appellare. Potes etiam custodes ad materialem ebrietatem inducere, vel carcerem effringere. (vide LaCroix n. 342) Interea confitearis tanquam non victurus. P. aliquoties non advertens, octies advertens periculum ebrietatis, inebriavi me. Negligens fui in reijciendis cogitationibus venereis. C. habuistine in illis delectationem deliberatam & quoties? P. habui 10. plus minus. C. sic ergo priùs explicandum fuit hoc peccatum Habui delectationem veneream cum plena advertentia 10. plus minùs. P. oscula præbui liberæ personæ cum voluptate turpi 7. plus minus. C. quid nomine personæ liberæ

beræ intelligis? P. puerum ſpecioſum. C. nonne fuit conſenſus & deſiderium ad illum. P. fuit 7. plus minus. Defixi oculos in faciem virginis cum delectatione moroſa ſine affectu ad illam vic: 8. pollutionem habui, ſed deteſtatus ſum. C. an ante, & in ipſo actu mollitiei fuit diſplicentia. P. in ipſo actu fuit plena delectatio, poſt actum deteſtatio. C. Idem miles faceret, ſi graviter vulneratus arma arriperet, & hoſtem ex oculis elapſum inſequeretur: dic quoties fuit delectatio plena? P. vic: 15. plus minùs. Puer dormivi cum ſorore bis, cum fratre bis. C. fuitne aliquis actus turpis? P. cum fratre dormitio fuit innocens, ſed cum ſorore nocens quia habita copula. C. es id jam confeſſus ante? P. ſum. De his & alijs doleo &c: C. pro pænitentia &c: &c:

Ratio

Ratio agendi cum Sacerdote Confessario.

IN nigris paramentis distribui Communionem interdum, an est hoc pecc: mort: C. lex de re levi non obligat sub mort: Hic autem lex S.
86 Congregationis lata 22. Jan: 1703. est de circumstantia levi P. quendam Religiosum ex ordine, cuius Superior ordinarie est non Sacerdos, absolvi á casu jure communi in Religionibus reservato. C. ante exceptas Confessiones talium Religiosorum, petenda est â Superiore jurisdictio in reservata P. turpem carnis accensionem soleo habere sed nullo oborto sensu voluptatis, quia me mortifico, jam cilicium deferendo, jam extremis digitis fortiter alias partes corporis comprimendo, jam per ter Pater & Ave, pedem suspensum vel á terra de die, vel à lecto de nocte tenendo.

Cru-

Curis temporalibus intentus ſolam externam attentionem in horis adhibeo; oro mi Pater porrige modum conciliandæ internæ attentionis. C. dic choro alterno etiam ſolus, ſtrophas Pſalmorum, periodos lectionum &c: unam vg: ſtropham voce parum clara, alteram ſubmiſſiore proferendo. Vel cogita te mox moriturum audiri à DEO, vel obiter ex occaſione lectorum, Chriſti Paſſionem recole, ut ſi fiat mentio in horis manuum, pedum, capitis, faciei &c. Memento manuum, pedum clavis confixorum, capitis ſpinis coronati, faciei conſputæ &c: vel orando aſſume jam perſonam mendici in extrema neceſſitate poſiti, jam maximi peccatoris, jam ſubditi Regem, cæci illuminatorem, infirmi medicum alloquentis &c: P. hoc difficile. C. cui de rebus impertinentibus in oratione cogitare non eſt difficile ſine merito, non ſit arduum mente volvere ſalutaria cum merito. P. cuidam extremè in-

firmo nolente parocho, dedi in vino particulam Hostiæ putans ab eo non posse deglutiri siccam hostiam. C. hoc faciendum svadetur. P. verba otiosa, mendacia, detractoria, cum parvo damno famæ locutus sum. De his & aliis doleo &c. C. pro pænit: dices ter Pater & Ave. P. adhuc mihi occurrit bis imprecatus sum grave malum uni in fortuna, alteri in honore, tertio in famà. C. an discernebas tunc inter ista mala, illa, quia talia sunt, imprecando cum desiderio eventûs. P. non optavi tunc lædi jus particulare ad fortunam, honorem, vel famam, sed tantùm optavi malum in genere cum desiderio effectûs. C. ergo sic erat hoc pecc: explicandum, sexies imprecatus grave malum cum desiderio, ut eveniat. P. utiq; distingvitur specie lædere in fortuna, & lædere in honore vel corpore. C. ita est, si sit læsio in effectu, vel efficaci affectu. V. LaCroix n. 1018. P. de his & aliis &c.

C. pro

C. pro pœnitentia dices 6. Coronas B. V. &c:

Ratio agendi cum malè coniugato.

PÆnit: Meo Parente Nobili, ob
debita contracta, rusticorum obli- 87
gationes amplexo, ego gravi metu coactus, contraxi matrimonium cum ignobili, & illud eodem metu durante consumavi ter. Postea profugus, alteri, scienti me jam nupsisse, nupsi. Jussu confessarij, redij ad priorem uxorem, cum illa nunc vivo pacicè prole procreata. Posterior autem uxor ad alias nuptias transiit: Conscientia me inquietat, audio enim primum hoc meum matrimonium esse invalidum. C. omnino est invalidum. An bona fide usus es illo? P. Confessario credulus, bona fide usus sum. Nunc mihi quid facto opus? C. de-

ſerenda prima pſeudouxor, ad poſteriorem redeundum, quæ invalidè nupſit alteri, te vivente vero marito. P. Mi Pater quid ſi iterum ab alio confeſſario jubebor, ad primam redire C. nec Papa id poteſt jubere. P. reditum ad ſecundam impediet pſeudomaritus. C. authoritas Loci Ordinarij hic intercedere debet. Vade & ei hunc caſum confitere, vel ejus Vicario. An facies quod dixi faciendum. P. faciam: fui duobus cauſa peccati more C. qualis peccati? P. turpis deſiderij. C. in quibus perſonis & quoties? P. ſemel in uno conjugato, ter in Subdiacono. C. contraxiſti malitiam adulterij in conjugato, ſacrilegij in Subdiacono. P. in ſomno cæptam pollutionem promovi, protrudendo ultimas ejus reliquias ſeu poſitivè concitando. C. quoties? P. ter. De his & aliis doleo &c:

Ratio agendi cum Principe Perſona.

PÆnit: Contra juſtitiam diſtri-
butivam contuli officium digno,
relicto digniore: ſed contra juſtitiam
commutativam dedi officium indi-
gnis 4. qui illud malè adminiſtrant.
C. Theologia parere faciles expectat 88
aures. P. obſequioſam do aurem. C.
Princeps tenetur ex officio idoneos
conſtituere, ſin ſecus tenetur ad re-
ſtitutionem damnorum inde fluenti-
um. P. etiam ſcienti lex innuenda.
Liberavi à pœna dignum morte jux-
ta allegata & probata, an id licet?
C. reſpondet Fill. n. 3. probabilius
eſſe, quòd non liceat, quia contra
publicas probationes judiciorum age-
re, videretur eſſe contra jus gentium
& moris tyrannici. P. ſed mihi
certum fuit illum reum eſſe inno-

centem. C. ergo bonum opus operatus es? P. & in hoc an deliqui? quòd morti addixi eum, quem certo novi deliquisse, sed privatâ secretâ, & occulta scientiâ, ut probari scelus non posset. C. Fill: n. 28. docet id licere; quia Princeps potest dispensare in jure humano, quo cavetur, ut nonnisi ex actis, & probatis in quenquam sententia mortis feratur. Sed alii veriùs & probabiliùs docent, non licere. Quia si soli Principi delictum notum est, censetur occultum & humano judicio impunibile, cùm negari possit in sensu aliquo vero, adeoq; iniuria fieret ei, si de tali crimine inauditus contra jus gentium puniretur. Ita S. Thomas q. 67. Caiet: Nav: &c. P. indixi bellum externis, & tributa subditis imposui, relictâ sententiâ probabiliore. An rectè feci? C. Princeps in hac parte est veluti judex, qui probabiliora tenetur sequi & cùm subditi sint in certa posses-

sione

sione suarum rerum, his privandi non sunt ob rationem probabilem Principis, si pro possessione subditorum sit probabilior. P. ad recreandos spectatores imperavi duellum duobus reis mortis, dubitans an liceat C. Azor, Layman &c: docent non licere, cùm modus hic plectendi sit scandalosus, & abusus potestatis. P. simoniacè quendam præsentavi ad Episcopatum. C. si realis intercessit simonia, est casus Papæ reservatus, in quem careo jurisdictione. P. mi Pater innui aulæ, & Proceribus me hodie Divinæ mensæ accubiturum, & nequeo sine nota desistere. Si negabis absolutionem præmissa contritione accedam ad Communionem C. gravis hæc ratio me compellit ad dandam absolutionem, ex tacito consensu Papæ. Sed onus erit iterum confitendi hoc reservatum coram habente jurisdictionem. P. teneorne restituere pretium simoniacè acceptum. C. si pretium acceptum

non

non excedat commodum temporale, quod ex beneficio provenit, non est obligatio illud restituendi ante sententiam judicis. Ita Less: c. 35. n. 160. Layman c. ult: n. 82 contra Pirrh. l. 513. & alios dicentes, quôd jus inhabilitet ad acquirendum dominium pretij simoniace accepti. P. de his & alijs doleo. C. pro pænit: &c.

Ratio agendi cum plebeio rudi.

PÆnit: Quid est Sancta Trinitas D E U S Pater, D E U S Filius, D E U S Spiritus Sanctus. C. omitte hoc, confitere peccata. Quid taces? an te non præparasti pro confessione. P. non præparavi. C. nec pro peccatis doluisti? P. dolui C. exprime verbis dolorem, quid siles? loquere quid fecisti? P. dixi Pater noster & Ave Maria &c. C. scisne quo

opus

opus ad confessionem? P. tu Domine scis, quid me interrogas? C. & te scire necesse. Antequam venias confessum, revoca, quid cogitatione, verbo, & opere deliquisti? post, dolorem de peccatis elice, dicendo vg: doleo mi DEUS, quod ego servus te Dominum Creatorem meum offenderim: ampliùs nolo peccare. Detestor peccata mea, & sic accede ad confessionem. P. utiq; jam accessi. C. confitere: an maledixisti? P. non C. utiq; non semel dæmonem imprecabaris. P. ita. C. ergo maledixisti. P. non maledixi, sed verum dixi. C. an tu es stultus? P. utiq; C. nonne es mentitus? P. non sum C. utiq; domi dixisti id esse, quod non est. P. ita, domi sum mentitus, sed hic vera loquor. C. an obtemperabas parentibus? P. non semper, nisi quando ad cibum vocabant. C. scisne tu Mysteria fidei? P. non revelâsti ea parvulis. C. quis te creavit? P. Parentes. C. hi genuerunt,

DEUS

DEUS ſolus creavit. Cur te crea-
vit DEUS? P. ut pecora paſcam.
C. dic ut Dominum Deum laudem, il-
li ſerviam, & ſalvus fiam. P. dic,
ut Dominum Deum laudem. C. nu-
garis tu. Anima tua vivetne poſt
mortem? P. neſcio. C. an tu es bru-
tum? P. ita. C. non ita: anima
tua erit poſt mortem: ſed ubi erit?
P. quô DEUS illam vertet. C. ſi in pec-
cato mortali diſcedat á corpore, quo
concedet? P. ad cælum. C. dic
ad infernum. Iterum quæro anima
corpore ſoluta in peccato mortali quo
ibit? P. ad cælum Domine. C. uti-
que tibi dixi inferno tradendam. Quis
hoc revelavit? P. tu Domine. C.
DEUS revelavit. Quamdiu ani-
ma hærebit in inferno? P. annum
90 & σ. hebdomadas. C. non ſic, cor-
rige errorem. P. tamdiu donec ſa-
tis patiatur, vel ad diem Judicij.
C. DEUS revelavit in æternum
arſuras animas in inferno, credis-
ne DEO revelanti. P. à patre

audi-

audivi omnes animas ex inferno excessuras ad vallem Josaphat. C. ita est: sed pænas inferni secum ferent, eodem rediturae. Resurgentne aliquando homines? P. forte non. C. DEUS revelavit omnes resurrecturos, credisne hoc? P. credo. C. non credis id. P. non credo. C. an maledixisti aliquando vel mentitus es? P. non. C. cur tibi non constas, negas quod affirmasti, quot habes annos? P. 11. C. & adhuc ratione non vales: non te absolvam, ad Communionem non accede, post duos menses venies confessum. Interea dolesne quod DEUM offenderis? P. doleo. C. amasne DEUM super omnia? P. amo. C. vade in pace &c.

Ratio agendi cum paupere Nobili.

PÆnit: Ab annis duobus non sum
confessus, quia parochus nimio pecuniæ zelo noluit audire,
decimâ assium 10. à me ob impotentiam moralem non persolutâ, quã
nec modo sine magna difficultate
possum solvere. C. Trident: Sess: 25.
de ref: c. 12. præcipit, ut qui deci-
91 mas non solvit aut impedivit ne sol-
verentur, non absolvatur, nisi plena
restitutione secuta. Sed quia te vide-
detur excusare impossibilitas, & ma-
teriæ parvitas, absolvam te cum one-
re ut quam primum poteris, sol-
vas, & ut possis, dabo tibi vigin-
ti asses, ductus majori zelo tuæ ani-
mæ, quâm pecuniæ. Cur tamen a-
lium tanto tempore pro confessione
non adijsti. P. acedia dissvasit, ob
quam his duobus annis vix ter Mis-
sæ interfui, servilibus diu intentus.
C. hæc est causa tuæ paupertatis, quòd
Nilo rerum temporalium intentus
cum Ægyptiis, Cælum non respici-
as. Quære primò Regnum DEI &

justi-

justitiam eius & hæc omnia adjicientur tibi, modicæ fidei. P. contra sponsionem Bertæ factam, contraxi sponsalia cum Caia. Utraq; jus suum prosequitur. C. Bertæ nubere debes, quia posteriora sponsalia contra fidem priorum erant invalida. P. sed Caiæ nuptias juravi. C. juramentum de re illicita non obligat. P. sed Berta post sponsalia facta est infamis. C. habes justam causam dissolvendi priora sponsalia, sed scivistine delictum infamans Bertam antequam contraheres cum Caia. P. nescivi. C. si scivisses, licitè contraxisses cum Caia. Per infamiam enim gravem, solvuntur sponsalia ex parte innocentis. P. parochus exiget à me pro assistentia pecuniam, cui exsolvendæ non sum, an possum illo præsente, sed invito contrahere matrimonium, habitis duobus testibus. C. potes, sed habebis turbationem P. Mulierem excantantem adhibui ulcere laborans, sed illa est 92

Chri-

Christiana, & nihil aliud loquitur quàm nomen DEI. C. *propterea tu magis aversare ipsam, quòd se dicens esse Christianam, gentilium opera facit, etenim & dæmones Nomen DEI fatebantur, sed tamen erant dæmones* hæc Chrisost: h. 21. ad pop: Hoc est relicto Domino DEO, confugere ad eius hostem. P. dæmoni nomen dedi, ut mihi daret 100. fl: ad exsolvendum debitum, sed solùm dedit 5. fl. quia nolui ejurare MARIAM. C. non traderes te in mancipium tyranno, qui te die & nocte excruciaret: at sævior est dæmon quovis tortore, & hîc, & in æternum te torquebit, nisi resipueris. Ejurâsti satanam in Baptismo; & nunc in partes ejus concessisti &c: P. de his & alijs doleo &c: Sed adhuc occurrit. Votum non bibendi cerevisiam violavi efficaciter eam desiderando bibere. C. an in parva quantitate desiderasti bibere. P. in magna. C. quoties? P. 8. rogo mi Pater dispen-

dispensa me in hoc voto, labores mei egent cerevisiâ quam in nuptiis cogar bibere. C. in votis careo potestate dispensandi, imò & absolvendi à reservatis. Est hic in vicina Ecclesia N. Sacerdos N. cui hæc est potestas concessa, confer te ad eum P. ad quem recurram pro dispensatione in prædicto voto. C. ad Episcopum, vel ad Confessarios Ordinis mendicantium &c: P. utiq; mi Pater dixisti me impertiendum absolutione. C. dixi antequam tu diceres casum reservatum &c: &c:

Ratio agendi cum malè nupta

PÆnit: à Parentibus Nobilibus coacta nupsi rustico. C. scivitne de tua coactione Parochus? P. scivit. C. quamdiu perstas in matrimonio tali. P. anno 1. C. debitum conjugale reddi-

reddidiſtine marito? P. poſt aliquot hebdomadas reddidi. C. habuiſtine vel ſemel ad eum affectum, tanquam ad tuum verum maritum? P. nunquam habui. C. putabasne tibi licitum matrimonij uſum. P. putabam non licere. C. quoties cum tali dictamine uſa es matrimonio? P. ſingulis hebdomadis bis. C. tuum matrimonium vis & metus hucusq; durans invalidat. Si vis amoto metu, hunc pſeudomaritum recognoſce pro vero marito. Si id renuis, omnino tibi deſerendus talis conjux, quid modo facies? P. quò me oculi ferent, eo ibo, de his & alijs doleo &c: C. maritum tuum, autequam diſcedas potes certificare, imò & parochum de nullitate tui matrimonij &c; &c:

CORO-

CORONA CAPITIS

Et jam libri tricipitis unico capiti, Coronam 12. Stellarum, ille qui coronat opus imponat finis Coronator. Stellæ hæ, sunt 12. sequentes casus luce Theologicarum resolutionum radiantes.

CASUS I.

Titius non præmisso Confessioni, sed soli absolutioni dolore & proposito implicito, enormia scelera confitetur, pro pœnitentia jussus ter Pater & Ave recitare discedit.

Quæritur primò. An peccat, qui soli absolutioni dolorem cum proposito virtuali præmittit, scienter reflexè omisso dolore ante confessionem? Quæritur secundò. An peccat confessarius levem pro gravibus delictis pænitentiam iniungendo?

Ante resolutionem suppono damnatam esse ab Innoc: XI. hanc prop: Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem
94 de valore Sacramenti, relicta tutiore. Hoc supposito ad 1. Q. R. affirmativè: ita Cl: LaCroix l. de pæn: & probatur 1. Peccat mortaliter, qui exponit Sacramentum periculo nullitatis, sed qui soli absolutioni præmittit dolorem, cum proposito non expresso, exponit Sacramentum periculo nullitatis, ponit enim Sacramenti pænitentiæ materiam dubiam. Nam etsi dolorem soli absolutioni præmissum, dicat probabiliùs Gobat, Moya, Lug: & CC. sufficere ad Sacram: pænitentiæ, attamen Layman, Bonæspei

&c:

&c: negant sufficere. Virtuale quoque propositum communior sententia docet sufficere ad Sacram: sed negant sufficere Henriquez, Granado &c: apud LaCroix E. tutiora sunt sequenda, & dolor cum proposito expresso confessioni præmittendus, præsertim cùm is; qui differt dolorem usq: dum peccata edicat, exponat se periculo, nullum eliciendi dolorem. Facilè enim potest turbari, vel hominum tumultu, vel proprio pudore, vel confessarij dictis, vel naturali capi oblivione, & sic omittere supernaturalem dolorem, ac detestationem cordialem peccati, quamvis verbotenus dicat doleo &c:

Probatur secundò. Dolor debet elici à pænitente ex intentione confessionis, ut docet Stoz LaCroix &c: contra Lugo Illsung. E. debet præmitti confessioni.

Probatur tertiò Peccat mort: qui baptisat lixivio, cùm possit aqua naturali. E. etiam peccat, qui soli ab-

solutioni præmittit dolorem, cùm possit præmittere confessioni. Utrobique enim ponitur materia Sacramenti dubia.

Probatur. quartò. Dolor sensibilis est materia proxima Sacramenti p... nit. Sed confessio dolorosa est dol... sensibilis. E. confessio dolorosa e... materia proxima. E. Dices 1. Pr... xis confessariorum est, ut audita con... fessione pænitentes adducant ad dolo... rem. E. Ry. D. A. praxis est, u... adducant ad dolorem, iterum rep... tendum, ut sibi de jam facto con... stet C. A. ad dolorem hic & nun... primò ponendum. T. A. Nam si a... talem adducerent, deberent cognit... pænitentis dolore, dicere vg: accu... sasne te de peccatis omnibus? & au... dita in genere sui accusatione, ab... solvere: Hinc siquis etiam statim pos... absolutionem recordans peccati, illud addat, debeatq; ab illo absolvi, tene... bitur priùs renovare dolorem, alio... qui hæc secunda absolutio exponetur

peri-

periculo nullitatis, adeoque peccabitur mortaliter, ut ait P. LaCroix n. 712.

Dices secundò. Dubium juris est an contrahit cognationem, qui à Parentibus, vel in eorum defectu à Parocho non est designatus patrinus & tamen non peccat huiusmodi patrinus, si nubat matri eius, quem in Baptismo tenuit: ut habet CC. E. etiam non peccat in nostro casu &c: ℟. C. A. N. C. quia in casu antecedentis impedimentum cognationis Spiritualis si quod est, Ecclesia tollit per dispensationem, cùm possit tollere. Nequit autem Ecclesia facere, ut dolor, qui fortè non est sufficiens materia Sacram: pœn: sit sufficiens. Nec enim nostra etiam probabilior opinio potest materiam Sacramenti efficere validam, quæ forte non est valida, quia á Christo non est instituta. Si tamen quis bona fide soli absolutioni dolorem supernaturalem præmisit, non est opus confessionem peccatorum iterare. Est 95

enim probabilissimum, quod confessio fuerit valida, nec ideo Sacramentum exponetur periculo frustrationis, si confessiones non repetantur; quia certum est, ad valorem consequentium confessionum sufficere integritatem formalem. Vide LaCroix num: 885.

Ad secundum Quæsitum R. peccare Confessarium pro magnis peccatis valde levem pænitentiam imponendo. Ita Viva, Lugo & CC. contra Beja, Diana &c: qui putant, excusari posse Confessarium si addat illud, quidquid boni feceris &c: Ratio nostra est quia judicis est proportionatam culpæ imponere, sed confessarius est judex? E. peccat, si proportionatam pænam peccatis non imponat. Ex causa tamen gravi, potest levior quàm peccata merentur, injungi pænitentia ut si pænitens majorem implere nequeat vel sit valde contritus, vel currat tempus indulgentiæ. Imò potest mentis

impoti, aut morti proximo nulla assignari pœnitentia. Et hæc de præsenti casu.

CASUS II.

Titius in ebrietate Caium Sacerdotem interfecit, eò quòd contra eius fratrem in causa criminali egerit coram judice, accusando, & debitis pœnis coerceri instando.

QUæritur primò. An incurratur irregularitas per homicidium in ebrietate patratum?

Quæritur secundò An saltim in Regno Poloniæ liceat Clericis absq; ulla irregularitate, contra latrones, homi-

homicidas, &c tam civiliter, quàm criminaliter, & mixtim agere ac experiri &c.

Prænoto irregularitatem esse impedimentum Canonicum, quod impe-
96 dit susceptionem Ordinum Sacrorum, & susceptorum usum.

Prænoto secundò. Ebrietatem aliam esse planè inculpabilem, aliam culpabilem mortaliter, vel venialiter: his prænotatis ad Quæs: 1. R. 1. Si ebrietas fuit prorsus inculpabilis non incurritur irregularitas per homicidium in illa patratum. Ita omnes teste Gobat in quinario 4. v. c. 20. sec: 1. n. 1. & ratio est, quia nullus ex homicidio privata authoritate facto contrahit irregularitatem, nisi homicidium fiat culpabiliter coram DEO. Irregularitas enim non incurritur, nisi in casibus in jure Canonico expressis capit: qui de senten: excom: in sexto, & quidem ita clarè expressis, ut meritò dubitari non possit, quin verba juris ad illos casus se exten-

tendant. Suarez de censſ: d. 40. ſ. 4. Filliu: &c cum Diana p. 9. t. 7. r. 28. contra Layman, qui l. 1. t. v. p. v. c 1. n. 6. ait, nonnullas irregularitates ſine jure expreſſo, per Doctorum ita opinantium authoritatem introductas eſſe. Atqui nullum jus exprimit incurri irregularitatem ob homicidium privata authoritate factum non culpabiliter vg: in ebrietate præter omnem opinionem, ſcilicet quia vinum eſt longe generoſiùs, quàm exiſtimabatur, aut quia vino immixtum eſt aliquid promovens ebrietatem vg: ſal. Probatur ſecundò. Irregularitas non contrahitur ob homicidium, niſi illud ſit factum â miniſtro publico, quamvis juſtè, vel à privata perſona injuſtè ut docent Turrianus, Diana &c. atqui hoc in noſtro caſu non ſupponitur E. Hinc refertur cum Gobat n. 3. Eos qui promoverant mortem alicuius juſtè ſupremo ſupplicio affecti, non contraxiſſe irregularitatem

niſi

nisi promoverint publica authoritate instructi. Confessarios etiam tutissimos esse, quando mortem hominis afficiendi supplicio accelerant, monendo, ut ipse surgat, aut monendo carnificem ut bonum pulverem ori hominis cremandi applicet, vel ut latronis rotâ frangendi pectus valido, primoq; ictu quatiat, ut citius liberetur cruciatu. Sed in hoc cavendum scandalum pusillorum, si metuatur; imò in praxi abstinendum ab hoc. ℞. secundo. Probabile est ebrium non fieri irregularem per homicidium in ebrietate commissum, etsi illius periculum prævideri, si in avertendo illo periculo solùm venialem culpam admisit. Tum quia id satis insinuat P. Coninckg requirendo ad irregularitatem ex homicidio pecc: mort: contra jus naturæ. Tum quia Sotus l. 3. de just q. 1. à 9. profitetur, se vix audere credere Caietano asserenti, ob homicidium in quo solum intervenit

venit culpa venialis, contrahi notam irregularitatis, hæc enim est pæna gravis. E. debet commensurari delicto. E. si sit culpa levis non incurretur. Hinc sequitur nec irregularitatem, nec excommunicationem incurrisse eum qui in ebrietate occidit Sacerdotem, non prævisso in ebrietate tali periculo. Nam etiam ad exccommunicationem majorem requiritur peccat: mort: cum contumacia.

℞. Tertio Homicidium in ebrietate mortaliter mala factum, si sit prævisum ejus periculum, nec ei sufficienter occursum, habet sibi annexam pænam irregularitatis ut homicida nequeat ordines suscipere. Ita Omnes. Si tamen homicidium in ebrietate mortaliter mala factum non fuit prorsus prævisum, sed contigit præter prudentem æstimationem ac suspicionem, non inccurritur irregularitas, ita contra multos censent Facundez, Layman l. 3. t. 3. p. 3.

p. 3. c. 5. n. 2. cum multis Theologis & Canoniſtis, ratio eſt, quia tunc homicidium contigit ſine culpa.

Ad ſecundum quæſi: R. affirmativè, quia id Greg: XIII. ad inſtantiam Jacobi Brzeznic ij Canonici Poſnanienſis conceſſit. Do verba Bullæ decerpta ex Epiſtola Paſtorali impreſſa Vilnæ Anno 1710. *Et noſtra omnium Eccleſiarum ſolicitudo, & veſter erga Sedem Apoſtolicam affectus requirunt &c: & cùm vos adverſus hæreticos, latrones, & homicidas, nec non alios delinquentes prædictos criminaliter agere, & experiri, ac inquirere debitisq́ pænis coerceri, & puniri facere intendatis, ſi vobis ad id Apoſtolica ſuffragetur authoritas. Et ideo nobis idem Jacobus Brzeznicius pro parte veſtra humiliter ſupplicaverit . . . Vobis ut per Procuratores, à vobis deputari ſolitos quoſcunq́ hæreticos, ſectarios, latrones, homicidas, & alios delinquentes præfatos, coram competentibus Judicibus accuſare, & deferre*

deferre, & contra eos tam civiliter, quàm criminaliter & mixtim agere, & experiri, nec non desuper quoscunque processus & inquisitiones formari, sententias ferri & promulgari, easq; solidæ executioni demandari petere, instare, & procurare absq; excommunicationis, aut irregularitatis pœna, liberè, & licitè possitis, concedimus, & indulgemus, ac vobiscum quatenus opus sit, desuper dispensamus &c.

CASUS III.

Titius violentas manus iniecit in Clericum volentem, & consentientem, mandante Caio.

QUæritur primò. An percutiens Clericum volentem & consentientem, incurrat excommunicationem?

Quæritur secundò. An vitandus sit ille de quo non constat; quòd Clericum notoriè percusserit. Quæ

Quæritur tertiò. An mandans per-
cuti Clericum, incurrit excommuni-
cationem? cùm mandatarius manda-
97 tum executioni dedit, mandante re-
conciliato? Prænoto nomine violen-
tæ injectionis manuum, Theologos
intelligere, actionem externam iniu-
riosam consistentem in facto & con-
tingentem personam Ecclesiasticam
sive immediatè, sive mediatè.

Prænoto secundò. Nomine Cle-
rici intelligi initiatum primâ tonsu-
râ, aut aliquo ordine, etsi conjuga-
tus sit, modò deferat habitum Cle-
ricalem, & non sit bigamus; adeoq;
affici excommunicatione etiam eum,
qui percutit Clericum degradatum
verbaliter tantùm vel Clericum ir-
regularem, aut per excommunicatio-
nem etiam vitandum, quia hi non
amiserunt privilegium Canonis. Jam
ad 1. quæs: ℟. affirmativè. Ita ex-
persè habetur in cap: contingit de
senten: excom: & ita DD. CC.
cum Suarez d. 22. s. 1. n. 59. &
ratio

ratio eſt, quia tunc fit iniuria & Clerico & ſtatui Clericali, cùm Clericus etiam volens percutitur, vg: in pænam, quôd hunc ſtatum ſit amplexus.

Dices volenti & ſcienti non fit injuria, E. R̸. D. Ant: non fit injuria, cùm volens & conſentiens conſentit in ijs, in quibus poteſt conſentire C. A. in quibus non poteſt conſentire N. A. Privilegium enim de non percutiendo Clerico ſub pæna excommunicationis conceſſum eſt toti Ordini Clericali, & Statui, cui unus Clericus non poteſt præjudicare & cedere. Nam perſona privata non poteſt cedere privilegio conceſſo communitati aut toti alicui Ordini. Cùm ergo Clericus non poſſit conſentire in ſui percuſſionem, eô quòd ipſius percuſſio vergat in damnum aliorum, ſequitur illum, qui percutit Clericum volentem, facere illi injuriam, imô toti ſtatui Eccleſiaſtico.

Sic dum homicidium committitur, non solùm fit injuria occiso, sed etiam Reip: etsi occisus fortè consentiat in occisionem sui.

Ad secundum quæsitum Rx. 1. illum qui percussit Clericum non esse notoriè excommunicatum, nec vitari debere ab illo, qui vidit eum percutientem, si id necdum sit aliis hominibus notum. Ita LaCroix n. 179. Castrop: Bonac. d. 2. p. 2. q. 3. &c. contra Suarez, Dicast: d. 2. 425: & alios putantes, ad hoc ut vitetur percussor Clerici sufficere, si id notorié alicui constiterit. Ratio nostra est, quia Conc: Constantiense ait: *Salvo, si quem pro sacrilega manuum iniectione in Clericum, sententiam latam à Canone, adeo notoriè constiterit incurrisse, quòd factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari.* Ergo videtur requirere, ut sit simpliciter notorium, quòd in excommunicationem quispiam inciderit. Ergo debet

mul-

multis esse notum; ita ut in judicio negari non possit. Et cùm hæc interpretatio sit favorabilis animabus, præferenda est alteri, præsertim, quod Conc: Constan: voluerit auferre dubia ad pacandas innocentium conscientias, ne pro quolibet dubio cogerentur vitare excommunicatos, subirentq; periculum peccandi, ut habet CC. Ut ergo percussorem Clerici tenear vitare, non est satis, quòd tres vel quatuor viderint, quia ideo non est simpliciter publicum. Nec sufficit, quod sit notorium notorietate juris, hoc est, quòd sit notum, vel per sententiam judicis, vel per confessionem rei in judicio, vel per testium depositionem juridicam. Sed requiritur notorietas facti, hoc est, ut notum sit personis multis, vel majori parti communitatis, quæ factum evidenter sciat. Hinc delictum commissum coram decem non est notorium respectu magnæ civitatis, quamvis sit notorium respectu Collegij,

aut viciniæ, ut ait Bonac: Hinc patet me non teneri vitare eum, qui coram me percussit Clericum eo tempore, quo non aderant tot testes, qui sufficiunt ad faciendum delictum notorium: ut ait Avila &c. quia factum illud quamvis mihi certum sit & tamen notum, non appellatur absolutè notorium.

℞. secundò Quamvis factum percussionis Clerici sit notorium, si tamen accedat dubium juris, non teneris vitare percussorem, vg: si aliquis in publico foro coram multis percussit, sed allegat, se ideo non incurrisse excommunicationem, quia dicit se percussisse, vim vi repellendo, vel nescivisse illum esse Clericum, vel se joco percussisse, talis non est vitandus. Ita Suarez Fill: Avila &c. cum Pignatelli t. 4. consf. 133. qui infert, regulariter requiri, ut talis percussor per Judicem denuntietur, quia aliàs poterit aliqua tergiversatione, vel excusatione celari.

Debet

Debet tamen huius excuſatio juxta Bonac: eſſe probabilis, aut probabile dubium ingerere. Nam ſi contingeret eam fictam eſſe, adhuc eſſet excommunicatus vitandus, cùm ficta excuſatio non tollat certitudinem facti, & ex alia parte omnes delinquentes ſoleant ſua delicta excuſare, unde ſequeretur nullum excommunicatum eſſe vitandum.

℟ tertiò. Si fama publica eſſet, cap: cùm deſideres de ſent: excom: dicitur, percuſſorem Clerici eſſe vitandum. Intellige ſi fama orta ſit à fide dignis & faciat moralem certitudinem, tunc enim ſufficit ad notorietatem facti, ut notat Caſtropalao n. 8. Putat tamen Avila, & Dicaſtillo n. 404. non ſufficere famam quòd percuſſerit, ſed requiri famam quòd publicè percuſſerit. Imò Suarez Molina. Dicaſtillo n. 404. cenſent, non ſufficere publicam infamiam, quando hæc non procedit ex evidentia facti per teſtes oculatos, quia

aliâs non dicitur notorium, sed famosum. Addit Dicast n. 427. si quid fiat in domo privata coram 7. non esse notorium, si autem fiat in foro censeri notorium, & si fiat in Conventu Religiosorum, non ideo esse simpliciter notorium.

Ad tertium quæsitum ℞. affirmativè. Ita Lessius Silvester de excom: q. 5. Reginaldus n. 216. &c: Ratio est, quia ad incurrendas censuras prærequiritur quidem & supponitur pecc: mort: non tamen necesse est, ut peccat: mort: tunc committatur, quando censura incurritur, sed sufficit peccat: mort: prohibitum sub censura commissum antea fuisse Idem in simili docet Suarez tom: 5. d. 44. s. 1. n. 5. de eo, qui causam dedit homicidij, sed ante secutum effectum mortis, egit pænitentiam de suo delicto; hic enim, non excusatur ab irregularitate: quia sicut pænitentia non tollit irregularitatem jam contractam, ita neq; facit, ut

in prædicto casu non contrahatur.

Dices qui tempore suæ amentiæ approbat percussionem Clerici non incurrit excommunicationem. Ergo etiam mandans Clerici percussionem, non incurrit excommunicationem, si fuit tunc in gratia DEI cùm mandatarius mandatum exequeretur. R. cum molina CANC. quia prædictus approbator, eo tempore, quo erat amens non potuit humano modo approbare percussionem Clerici, & mandare, quam postea mandavit is qui nunc existit in gratia.

CASUS IV.

Titius & Berta vescuntur carnibus in quadragesima, non abstinendo etiam à cœna. Titius quidem, quia est dispensatus ad carnes. Berta verô, quia licêt non sit dispensata ad illas, est tamen prægnans.

QUæritur primò. An diſpenſati ad carnes edendas, poſſint pluries comedere illas, ſi unica refectio ſit eis ſatis?

Quæritur ſecundò. An prægnans obligetur ad jejunium quo ad quantitatem?

Prænoto pleroſq; DD. conſentire, quod diſpenſatus ad carnes ob
98 juſtam cauſam, vg: ob infirmitatem, vel ob debilitatem virium impedientem obeunda rite munia, nec reſtaurabilem unica refectione, poſſit aliquoties in diem comedere carnes. Cùm enim ſuperior cum tali diſpenſat ad carnes, intelligitur diſpenſare pro cauſæ exigentia, quæ crebriorem (ut ſupponitur) ſvadet refectionem. In hoc dubitatur, utrum diſpenſati ad carnes edendas poſſint pluries carnibus veſci, ſi unica refectio ſit eis ſatis? Bifariam diviſi ſunt Authores, alij affirmant cum Tambur: Fill: Led: Caiet: & alijs multis: Fundamentum eorum eſt, quòd ſi quis ſemel

semel comederit carnes, jam eo diè liber est à jejunio, cùm id illi sit tunc impossibile. Nam de essentia jejunij juxta CC: DD. cùm D. Thoma, est abstinentia á carnibus. Sed hoc fundamento multùm probatur, scilicet posse eum pluries comedere licitè, qui eas semel in quadrag: gulæ svasu comedit. Nam etiam ei illa die est impossibile jejunium. Negativam amplexurus, suppono illum, qui dispensatus est ad carnes, ideo dispensatum quia illi cibi esuriales, pisces vg: & oleum valde nocent, quod detrimentum ex alijs cibis secuturum, possit carnium esu amoliri, ita ut causa, ob quam data est dispensatio, pro unica duntaxat militet refectione. Hoc supposito R. dispensatos ad carnes edendas non posse pluries comedere illas, si unica refectio sit eis satis, quia non sunt dispensati ad multiplicem carnium eodem die comestionem, sed solùm ad unam, cùm causa solùm

pro

pro una militet refectione. E. conf. certa; nam quando cum subdito non dispensatur in lege, non potest ponere quidquam contrarium legi. Jam verò lex Eccl: non solùm prohibet unam, sed etiam plures carnis comestiones. Hinc juxta receptissimam Theologorum sententiam, toties quis peccat, quoties die jejunij carnes comedit? Confirmantur dicta. Dispensatio inferioris in lege superioris sine justa causa, ex CC. Doctorum, est invalida, ac proinde non excusat à transgressione præcepti. Nam qui nomine alterius sine causa dispensat, dissipat: atqui in nostro casu dispensatus supponitur, solùm habere causam, ut semel edat carnes, ergo ad exigentiam causæ supponendum est ei datam dispensationem ab inferiore. Tenet tamen dispensatio sine causa data à legislatore, vel parem potestatem habente: etsi peccet tam dans, quàm petens dispensationem contra jus natrale, dictans

partem

partem debere conformari suo toti, nisi justa causa excuset. Illustrantur dicta ex regula communiter approbata, ut habet Medina in cod: de jejunio q. 5. quòd quando alicui fideli ob causam aliquam permittitur in die jejunii ab Ecclesiastica disciplina in aliquo recedere, in tantùm id illi permittitur, quantùm se extendit talis causæ indigentia: Atqui dispensatus hic supponitur habere causam tantum pro unica carnium in die comestione. Ergo hæc unica solùm illi est concessa. Licet enim exemptus sit à lege, qua simpliciter prohibentur carnes in quadr: non tamen eximitur ab eadem lege, quâ secunda & tertia carnium comestio prohibetur. Cùm enim hæc lex ad plures comestiones extendatur, idem ab illa soluto contingit, ac ei, qui ab una lege est exemptus beneficio Principis, non enim eò ipso eximitur á cæteris.

Probatur secundò. Qui per privilegium

vilegium potest horam jeiunij debi-
ti prævenire, non eò ipso á jeiuni
est liber, juxta omnes. Ergo etiam i
nostra suppositione dispensatus ad ca
nes, non est eò ipso totaliter jeiun
lege solutus. Probatur Conseq: e
cap: cùm dilecti de dolo & cont
mac: necessitas & justa causa, qu
excusat ab integro ieiunio, non e
cusat ab omni parte eius. Præsc
ptum enim Eccl: licet in totum se
vari non possit, in parte, quæ se
vari potest servandum est, præse
tim cùm finis jeiunij sit mortifica
tio carnis, & potest haberi unic
carnis comestione in nostro casu.

Probatur tertiò. Argumento a
hominem juxta adversarios ut Tamb
& Joan: Sanchez in select: d. 5. n. 1
Dispensatus ad comedendas tantùm
semel in diem carnes, non potest
eas pluries licitè edere, quia præce-
ptum abstinendi à carnibus toto per-
durat die sed in nostro casu dispen-
satio supponitur data pro una tantum

refe-

refectione juxta exigentiam causæ. Ergo nec sola dispensatio potest esse justa causa faciendi aliquid opposi- tum legi, sed debet fundari in cau- sa. Neque in dubio præsumi debet (ut bene notat Reginaldus) dari dispensatio à Papa, ne ipse in destru- ctionem, non in ædificationem po- testate sua uti videatur, in re tanti momenti, quanti est jeiunium Eccl: Si dicas. Qui liber est à jeiunio, potest licitè cænare, sed in nostro ca- su dispensatus, est liber à jeiunio. E. R. D. M. qui liber est à jeiunio tam quò ad quantitatem quàm quò ad qualitatem potest licitè cænare C.M. qui liber est quò ad qualita- tem, & non quò ad quantitatem, N. Mai. Dispensatus in nostra sup- positione non est liber à jeiunio quo ad quantitatem, sed solùm quo ad qualitatem ciborum. Sic juxta Azor licèt unica refectio sit de na- tura jeiunij Eccl:, tamen liber á je- iunio quo ad quantitatem, non est

liber

liber quo ad qualitatem vg: ferii sextis. Nam licèt in uno essentia jejunij non servetur debet servari in alio, nisi quid obsit? Jejunium tamen quo ad quantitatem solam, vel quo ad qualitatem solam non est rigorosè jejunium, sed potiùs abstinentia simplex. Nec dic cum Azor Caiet: Consvetudo est ut dispensatus ad carnes prandeat, & cænet sine scrupulo. Nam hæc consvetudo valet tantùm, cùm quis justam causam habet pluries in die comedendi carnes.

Dices primò. Cessante causa dispensationis simpliciter, dispensatus potest adhuc licitè semel die jejunij comedere carnes, nam cessante causa dispensationis, dispensatio non amittit vim: ℞. N. A. prob: A. Dcessante simpliciter causa dispensationis dispensatio non cessat, si sit redacta ad actum irrevocabilem AC: nam cui dispensatum fuit in impedimento consangvinitatis, propter pau-

perta-

pertatem fæminæ licèt hæc matrimonio contracto divitias obtineat, tamen matrimonium non est irritum. Cessante causa dispensationis, dispensatio non cessat. Si non sit redacta ad actum irrevocabilem NA. sic in nostro casu dispensatio non redigitur ad actum irrevocabilem, adeoq; obligatio legis conditionatè tantùm extincta, vel ad certum tempus sublata, potest reviviscere, causa dispensationis cessante.

Dices secundo. Accessorium sequitur principale. Ergò cui conceditur principale, conceditur accessorium; atqui principale, est prandium accessorium cæna Ergo cui conceditur prandere cum carnibus, conceditur cænare. R. Dist: ultimum Conseq: cui conceditur prandere, conceditur & cænare, si justam habet causam cænæ C. secus N. C. Potest etiam negari suppositum subsumpti: nam in nostro casu non conceditur principale scilicet prandium, sed

tantùm cæna, seu unica per diem re-
fectio.

Ad secundum quæsitum ℞. ne-
gativè. Ita Navarrus, Silv. Caiet: &c.
quia non est mens Ecclesiæ, cum
99 gravi dolore vel læsione naturæ ad
jejunium obstringere, atqui si præ-
gnantes ad jeiunium etiam quo ad
quantitatem obligarentur, gravem do-
lorem & læsionem prolis paterentur, cùm uberiore & frequentiore
alimento pro se & fætu indigeant,
quo non sumpto, & earum, & pro-
lis sanitas periclitarerur.

CASUS V.

Titius pollens quidem usu rationis, sed adhuc sexennis, vescitur carnibus in Quadragesima.

QUæritur primò: An sexennis usu rationis pollens, licitè vescatur carnibus in Quadragesima?

Quæ

Quæritur secundò. An si illicitè vescitur? toties peccat, quoties carnes comedit.

Ante resolutionem noto, convenire DD. in hoc, quòd pueris ante septennium completum, imò & postea juxta Joan: Sanchez l. 3. n. 31. si usum rationis nondum acquisierunt, possent dari carens, quia cúm hi non teneantur legibus Ecclesiæ, cooperatio non est ad actionem contra leges. In hoc dubitatur, an puero ante septennium doli capaci, licitè dantur carnes, & an is licité eas comedit? Silvius, Lopez p. 2. instr: c. 2. 12. negat licitũ esse in locis, ubi adesset consvetudo in contrariũ. Sed rectiùs licentiã dandi & comcdendi carnes parvulis etiã doli capacibus dant cũ aliis Tannerus d. 3. q. 3. dub: 5. n. 99. Azor t. 1. l. 7. c. 17. Saa, Sanchez, & si adesset consvetudo in contrariũ. Ratio est quia parvuli ante septenniũ non ligantur legibus positivis. Ergo nec consvetudine

quæ

quæ eſt lex non ſcripta. Adhæreo illis, & ad quæſitũ 1. ℟. affirmative. Quia leges poſitivæ in hac ætate, in qua communiter lumen rationis oriri non ſolet non intendunt obligare, & quod in uno, vel altero uſus rationis accceleretur, id fit per accidens.

Ad 2dũ Q. ℟. affirmativè. Ita Diana tr. 9. de jeiunio f. 163. Toletus l. 6. c. 3. n. 5. Leſſius &c. Ratio eſt quia quoties quis præceptũ negativũ ſive naturale, ſive poſitivũ transgreditur toties peccat; ſed præceptũ de non comedendis carnibus in quadrag: eſt negativũ. Ergo quoties illud quis tragreditur toties peccat. *Nor probatur*. Præcepti de non ſumendis carnibus die jeiunij ſenſus eſt, ne abſolutè ſumantur; qualis negatio diſtributionẽ tribuit prædicato. E. Dices Qui in magna quantitate cibos eſuriales in quadrag: ſæpiùs comedit, non peccat graviter, niſi 2da comeſtione, ſuppoſito quod exceſſerit anuum 21, aliis autem comeſtionibus non peccat niſi venialiter, ut ſentit

Leſſi-

Lessius &c. Ergo etiam qui die jeiunij comedit carnes, etsi prima comestione graviter peccet, non tamen peccat secunda vel tertia. Probo Conseq. & præceptum de non edendis sæpius cibis esurialibus, & præceptum de non sumendis carnibus sunt negativa præcepta. E. ad Antec: Medina Sylvius &c. respondent negativè; ratio eorum est, quia sicut peccat, quoties quis furatur, quoties plus quàm semel in die celebrat Missam extra casus necessitatis, peccat etiam toties, quoties in die jeiunij comedit cibos esuriales, quia tam peccato furti, quám pluribus comestionibus contravenitur præcepto negativo. Sed cum veriore sententia Reginaldi, Lessij, Dianæ &c: R̷. C. A. N. C. ad prob. Toletus & alij dicunt præceptum de non sumendis sæpe cibis esurialibus esse affirmativum, sed falsum est, nam per illud non præcipitur aliquid ponendum, sed prohibetur poni comestio.

Itaq; ad probat: ℞. cum Reginaldo, Caiet: &c: & præceptum de non comedendis cibis eſurialibus ſæpius per diem, & præceptum de non edendis carnibus eſt negativum non eodem, ſed diverſo modo. Nam comeſtio carnium abſolutè prohibita eſt in quadrag: Multiplex autem comeſtio ciborum eſurialium non eſt prohibita abſolutè, ſed per reſpectum ad aliud, ſcilicet, ad condicionem jejunij, quæ eſt, ut jejunans contentus ſit una comeſtione, adeoq; dum transgreditur terminum unius comeſtionis, per alteram tantùm comeſtionem peccat graviter, non per tertiam; ſicut ſi Semei ſæpiùs tranſiſſet torrentem Cedron contra prohibitionem ſibi à Salomone factam l. 3. Reg: c. 2. non ſæpius quàm ſemel eſſet reus mortis. Itaq; diſtingvendū eſt inter præcepta negativa, nam illis quædam prohibentur, quia mala ſunt intrinſecè ut periurium, quædam verò mala ſunt tantùm, quia ſunt

sunt prohibita vel absolutè idq; vel sine determinatione certi temporis ut celebratio Missarum plurium eodem die ab eodem Sacerdote; vel cùm determinatione certi temporis ut esus carnium in quadrag: Quædam autem sunt prohibita per respectum ad aliud. Sic pluries in quadrag: comedere prohibemur per respectum ad conditionem jeiunij de una comestione.

Infertur. Qui semel carnes comedit, non potest servare jeiunium, quatenus vetat primam carnium comestionem, potest tamen servare, quatenus vetat reliquas. Sic Sacerdos, qui sine necessitate celebravit bis, etsi non possit servare præceptum Ecclesiæ, quo prohibetur plùs, quàm semel celebrare, potest tamen illud servare, ut vetat tertiam celebrationem.

CASUS VI.

Titius ductus desiderio plurima congregandi apud DEUM merita; tale nuncupavit votum.

Voveo DEUS me facturum, quidquid capax voti totâ vitâ faciã.

QUæritur. Anne validum sit hujusmodi votum?

An resol: suppono, votum esse voluntariam, & deliberatam promissionem factam DEO de bono aliquo meliori, ut est jeiunare quàm
101 non jeiunare. Jam ad Q. in Acad: Vilnen: resolutum ℟. affirmativè. Probo. 1. Votum de materia possibili, meliori & honesta est validum juxta omnes, sed votum in nostro casu est tale. Ergo est validum. Prob: 2. Illud votum est validum cuius transgressio est peccaminosa, sed voti prædicti transgressio est peccaminosa

Nam si quis hoc voto facto, dicat vg. coronam, sed nolit ex obligatione huius voti eam recitare, is de facto peccaret contra Religionem, tanquam transgressor voti. Probo tertiò Juxta Claud: LaCroix, valet hoc votum: voveo me salva sobrietate bibiturum quandocunque bibam; voveo me honestè lusurum quandocunque ludam. E. etiam votum in nostro casu valet.

Probo quartò. Validum est votum faciendi omnia ex Latria, Hiperdulia & Dulia item votum faciendi, & patiendi omnia pro conversione infidelium E. A. est Patris Kwiatkiewicz in Face Ascetica. Conseq: prob: Similis est voti sensus in Antecedente, & in consequente. Nam etiam voti in antecedente est sensus talis. Voveo me facturum omnia ex amore DEI &c: quæcunque faciam, voveo me passurum omnia pro conversione infidelium, quæcunq; patiar. Prob: 5tò. Votum præfatum

nihil habet contra fidem vel bonos mores. E. eſt validum nec eſt contra rationem, cùm ſit de re meliori & poſſibili. Prob: ſextò. Votum meritorium gratiæ eſt validum, ſed votum in noſtro caſu eſt meritorium dum fit, & dum opera voto apta ponuntur. Accedit enim ex hoc voto ſpecialis honeſtas Religionis. Nec refert, quòd tunc quis non cogitet de hoc jam facto voto, dum aliquid boni facit. Nam multa fiunt ex voto habitualiter tantùm. Verè enim ſatisfacit voto uti & juramento, ac pænit: Sacramentali, qui opus promiſſum vel ſibi injunctum ponit, quamvis non habeat intentionem ſatisfaciendi voto &c: Vota enim ſunt leges quaſi particulares, quas homo imponit hinc ſolum obligant ad ſubſtantiam actûs. Et ſicut legi communi vg. de audienda Miſſa die Feſto poteſt ſatisfieri, & ſi quis neſciat eſſe diem Feſtum, ita poteſt quis legi particulari voti ſatisfacere & ſi

ſit immemor voti: ut habet CC. cum LaCroix.

Dices primò. Hoc votum. Voveo me facturum ea, quæ me facturum vovebo: eſt nugatorium E. etiam. R. N. A. nam ſenſus talis voti eſt: Voveo me impleturum vota facienda.

Dices ſecundò. Non valet hoc votum: Voveo me facturum, ſi quid aptum voto fecero E. R. N. A. Votum enim hoc eſt de materia poſſibili, meliori & licita. E. eſt validum. Sicut enim peccaretur hoc actu. Voveo hodie peccare, ſi quid peccabo; ita hic actus, Voveo me facturum, ſiquid aptum voto fecero eſt meritorius. Præterea votum in antecedente poſitum, æquivalet voto conſequentis. Dicere enim: voveo me facturum, quidquid aptum voto faciam, perinde eſt, ac diceret: voveo me facturum, ſi quid aptum voto faciam; cùm utrumq; habeat pro objecto liberam voluntatis determina-

minationem ad licitè ponendum aliquid aptum voto. Bene enim sic arguo. Voveo me facturum, si quid vel quidquid aptum voto faciam, sed hoc & illud faciam vg: eleemosynam dabo jeiunabo &c: E. voveo me facturum hoc & illud vg: eleemosynam daturum, jeiunaturū &c.

Dices tertiò. Nugaretur, qui sic voveret. Voveo me ingressurum religionem, si ingrediar eam. E. etiam nugatur sic vovens. Voveo me facturum, si quid aptum voto faciam? ℟. 1. N. A. in casu, quo quis hoc votum, prorsûs liberè deliberando de vitæ statu emittit. Nam tunc habet talem sensum: si me liberè determinavero ad efficacem ingressum Religionis, volo illum ponere, etiam ex obligatione voti. ℟. 2. C. A. in casu, quo quis hoc votum emittit, volens evadere periculum mortis per votum Religionis, sed N. C. Nam taliter vovens, & vellet præsens mortis periculum evadere, & nollet;

vel-

vellet ut ſupponitur; nollet, quia ſibi relinqueret libertatem ad Religionem ingrediendam, vel non ingrediendam licitè.

Si dicas etiam in hoc voto: Voveo me facturum, ſi quid aptum voto faciam; relinquitur libertas ponendi actiones voto aptas vel non ponendi licitè ℟. D. A. relinquitur libertas ponendi actiones voto aptas excluſo motivo facti voti. N. A. peccaret enim qui facto hoc voto, determinaret ſe ad ponendam actionem aptam voto, & nollet eam ex obligatione voti facere. Relinquitur libertas &c ex ſuppoſitione antecedente liberam voluntatis determinationem C. A. Votum enim præfatum habet pro objecto actiones aptas voto, ex ſuppoſitione conſequenti determinationis liberæ ponendas, nec obligat determinatè, & ex ſuppoſitione antecedenti, ad aliquid ſimpliciter ponendum ſed obligat ad aliquid indeterminatè, ad quod ſcilicet voluntas

se liberè & efficaciter determinabit.

CASUS VII.

Regularis Supèrior tempore pestis, duobus Sacerdotibus Zelantio scilicet
102 *obsequiosam pestiferorum curam in virtute Sanctæ Obedientiæ committit: Domorno autem solam custodiam claustri demandat. Zelantius desiderio mortis, ne ampliùs DEUM offendat, neglectis cautelis, & industriis communibus, necessariis ad conservationem suæ vitæ, peste afflatus obit. Post eius obitum Domornus enixè rogatus, ad juvandas periclitantes extremè animas, relicta commissâ domo, post aliquot dies in Obsequio pestiferorum reus peccati mortalis cum sola attritione decedit.*

Quæ-

QUæritur primò. An possit Superior: sub obedientia præcipere obsequia pestiferorum externorum?

Quæritur secundò An liceat in pestis pericula sine ullis præservativis cæterisq; industriis adversùs infectionem se ingerere, eo solo fine ut quis tantò citius moriatur, & consequenter constituatur in eo statu, in quo nequeat DEUM offendere?

Quæritur tertiò. An rectè egerit Domornus relictâ custodiâ domûs, inserviens pestiferis?

Quæritur quartò. An sufficit ad salutem hominis in peccato mortali constituti, & in obsequio charitatis morientis sola attritio?

Ad Q. I. ℞. negativè. Quia obsequia pestiferorum externorũ præcipere ad Superioris jurisdictionem non pertinet, cùm hæc obsequia sint res difficillima cum periculo vitæ præstanda. In rebus autem difficilibus valde, (ut ait Joan: Allaza, tit:

Obed

Obed:) non tenetur ſubditus obedire; ut ſi juberetur per plures dies in pane & aqua jeiunare, niſi ad hoc eſſet cauſa rationabilis: hæc ille. Hinc S. Bern: ait. Votum meum non adaugeat Prælatus. Bonacina etiam dicit. Probabilius videtur non teneri religioſum cum magno cruciatu dare ſibi membrum amputari, ob ſalutem totius corporis, ita jubente Superiore, quia hic actus, ut ait ille, eſt nimis heroicus, nec cadit ſub imperium Prælati ob difficultatem.

Dices. Poteſt Superior præcipere curàm domeſticorum peſte infectorum regularibus ſubditis E. etiam externorum. ℟. C. A. N. C. Nam ad Superiorem tanquam ad bonum paſtorem ſpectat ut per ſe vel per ſuos provideat bono ſubditorum, ovium ſuarum: Et ſicut Parochus niſi aliquem locò ſui æquè idoneum ſubſtituat, nequit abſq; peccato gravî deſerere ſuos parochianos peſte affectos, ſic & Superior regula-

gularis vel per ſe, vel per aliquem tenetur in gravi peſtis caſu ſuis eſſe fulcro, quæ ratio pro externis non militat.

R. ſecundò. Si eſt verè extrema neceſſitas, & deſunt alij, nec haberi poſſunt, poteſt, & debet Prælatus religioſis ſuis ſubditis præcipere, ut miniſtrent externis in peſte Sacramenta. Ita Sanchez l. 6. mor: c. 2. n. 55. & Gobat in exper: Theol: ſ. 20. Ratio eſt. Quia ad miniſtranda externis in peſte Sacramenta, dum extrema neceſſitas urget, & alij haberi nequeunt, tenentur regulares lege naturali, à qua ſtatus religioſus non eximit: ſed eſt obligatio tunc talento poteſtatis Sacerdotalis uti, non tam vi obedientiæ quàm vi legis naturalis. Porro neceſſitas Spiritualis extrema, juxta Gobat in Theol: exper: tunc eſt, cùm homo reus pecc: mor: neſcit elicere contritionem, vel ſi ſcit elicere, eam non elicit, neſciens hic, & nunc

ad

ad salutem sibi necessariam esse. Jam verò gravi necessitate Spirituali laborat is qui non potest nisi difficillimè contritionem elicere, & hic, in hac, soli Parochi ex sensu TT. obligantur vitam suam exponere periculo. Regulares verò possunt ex charitate, sed non tenentur, cum periculo vitæ succurrere proximo in gravi necessitate Spirituali, sed in extrema solùm.

Ad secundum Q. R. negativè per se loquendo. Ita Gobat cit. quia cum nemo sit vitæ suæ dominus, non licitè aliquid facit ex directa intentione vitam abrumpendi E.

Dices licèt ob bonum finem petere, & optare sibi temporalia mala, ut corporis morbum, mortem &c. E. etiam licet in pericula pestis, sine ullis pærservativis se dare, eo solo fine, ut quis tantò citiùs moriatur, & in statu illo constituatur, in quo nequeat DEUM offendere

dere. ℟. 1. hoc argumen: probat multùm, adeoque nohil, probat enim licere effringere carcerem ad eliberandum reum, cùm liceat id optare & ſvadere reo, imò inſtrumenta ad id ſuppeditare. ℟. 2. D. A. licet ob bonum finem optare ſibi mortem á Domino DEO inferendam C. A. procurandam ab illo qui illam optat N. A. Q. hic, quæ ſunt illæ præſervativæ contra peſtem ℟. Gobat t. 10. c. 21. ſe: 2 dat has: Ne jeiuno ſtomacho accedas, niſi neceſſitas extrema urgeat, peſte infectum. Halitum eius quo ad potes commodè declina, tene inter te, ac ipſum faculam accenſam. Utere veſtibus, ſi habere queas minimè villoſis, ac muta frequenter, ſi potes luſtraque flammâ. Si quam alterationem ſentias in corpore, provoca ſudorem copioſum. Bona eſt illa cautela quam, Theologi tradunt, ſcilicet neminem teneri integram materialiter confeſſionem, pænitentis peſte

affecti

affecti excipere, si sit periculum infectionis, sed potest aliquo à longè audito peccato, dare absolutionem. Consultissimum quoq; est domum peste affectam, nisi sit magna necessitas non ingredi, sed sub libero Jove confessionem excipere. At ego duos novi unum Pultoviæ, alterum Varsaviæ. Primus sepulturæ pestiferorum, & civitati Præsidens dicebat, se à peste immunem evasisse, quòd quotidie mane jeiunus biberit quartám vini Hungárici. Secundo autem pestiferis Sacramenta toto anno ministranti, propriæ urinæ seu lotij bonam quantitatem epotasse jeiuno stomacho præservativa fuit medicina.

℟. 2. ad idem Quæs: cum Gobat, si quis obsequatur Spiritui Sancto, qui est Magister Magistrorum, licitè negliget cautelas, & industrtas, contrá infectionem. Rátio est quia Spiritus Sanctus multos Sanctos, & Sanctas, tanquam Dominus vitæ instigavit, ut aliqua non modo omitterent, sed etiam

facerent, ex intentione directa peremptionis propriæ ad consequendum per illam aliquod bonum.

Ad tertium Q. ℟. 1. Non recté egisse Domornum, si præsentibus alijs Secerdotibus operam navantibus obsequio charitatis, claustrum totum rapinis exposuit, quia fecit contra disertam voluntatem Prælati, cum periculo gravi direptionis rerum.

℟. secundò. Si fuit extrema necessitas Spiritualis, & nullus Sacerdotum erat præsens, qui pestiferis inserviret, laudabiliter reliquit custodiam claustri, & rerum Domornus, quia ut ait S. Chrisost: *Unius animæ perditio tantam habet jacturam, ut nulla eam ratio possit dignè æstimare.*

Ad quartum Q. ℟. negativè. Ita Gobat t. 6. casu v. in Theol- exp: Ratio est quia mors in obsequio pestiferorum non facit ex attrito contritum, cùm hujus nullum sit fundamentum ex Scriptura vel SS.

Patribus, vel TT. authoritate; quod autem non est Scripturæ, vel SS. Patrum decreto sancitum, superstitiosis non est adinventionibus præsumendum

Dices: Baptismus fluminis, flaminis, sangvinis, item Eucharistia, & Extrema unctio facit ex attrito contritum. E. & mors in obsequio pestiferorum facit ex attrito contritum R. 1. Nego suppositum quod Baptismus flaminis faciat ex attrito contritum, sed est formaliter ipsa contritio cum voto Baptismi fluminis.

R. secundò. Transeat prima pars A. & secunda de Eucharistia ac extrema unctione. Nam Vasquez & Lugo contra Suarez & Sotum negant Eucharistiam, aut axtremam unctionem causare gratiam primam; & Nego Conseq: Disparitas est, nam quòd baptismus vg: Sangvinis faciat ex attrito contritum; constat ex Scriptura, & Patribus. De Eucharistia etiam S. Thomas q: 79.

art: 3. in O. ait, fortè enim primò non fuit sufficienter contritus, sed devotè accedens, consequetur per hoc Sacramentum gratiam charitatis quæ contritionem perficit, & remissionem peccati: & S. Augustinus teste S. Thoma in 4. dist 9. q. 1. á 3. ait. Eucharistia vivificat etiam mortuos.

De extrema etiam unctione, Jacobi quinto dicitur, si in peccatis sit, remitttuntur ei, puta, quando quis bona fide ratus se non esse in mortali, cum attritione hæc duo Sacramenta suscipit. Quòd verò mors in obsequio pestiferorum faciat ex attrito contritum, nullum est fundamtntum.

Dices secundô. Martyrium facit ex attrito contritum. E. & mors in obsequio pestiferorum. Prob: Cons. Ij, qui in obsequio tali moriuntur, sunt verè Martyres, ut patet ex authoritate Martyrologij Romani, quòd pridie Cal: Martij facit

mentionem Alexandriæ in obſequio
charitatis Defunctorum ut Marty-
rum. Item ex authoritate quorum-
dam Theol: quorum Princeps eſt
Theophilus Raynaudus, ℞. C. A.
N. C. ad ad prob: Dico Authori-
tates aliorum Theol: nobis conſenti-
entium opponendo. Martyrologium
etiam vocat in ſenſu latiore, & vul-
gari eos Martyres, qui ſunt in ob-
ſequio charitatis defuncti: cuius ra
tio eſt, quia Martyrium ſtrictè ſum-
ptum eſt cruciatus letalis ſuſceptus
pro defenſione fidei, vel virtutis al-
terius, ſed qui moriuntur in obſe-
quio peſtiferorum, vel nihil patiuntur
pro defenſione fidei vel alterius vir-
tutis, ſed ſolùm in exercitio chari-
tatis occumbunt. E. non ſunt ſtri-
ctè Martyres, aliàs & boni Religio-
ſi eſſent ſtrictè Martyres, primò, ra-
tione paupertatis. Nam verè Mar-
tyrij genus eſt paupertas voluntaria,
ait S. Bernardus ſer: 1. de ver: D.
ſecundò ratione caſtitatis, nam eodem
teſte

teste ser: 2. in cæna D. Genus Martyrij, facta carnis mortificare. tertiò ratione Obedientiæ. Nam ex sensu S. Bonav: Obedientia, palma triumphalis, & Nobile genus Martyrij decollat propriæ voluntatis caput. Hinc S. Augst: ser: 60 ad Fratres in eremo ait. Non putemus tantum in effusione Sangvinis esse Martyrium. Semper Martyrium est Christianis & Religiosis.

CASUS VIII.

Titius contraxit absoluta sponsalia cum Berta, quibus mutuo consensu dissolutis, nupsit Caiæ filiæ prioris sponsæ.

QUæritur. An sponsalibus mutuo consensu dissolutis permaneat, aut ex Matrimonio invalido etiam solùm rato oriatur impedimentum publicæ honestatis? Si ita, an

103 adhuc Titius possit perstare in præfato Matrimonio?

Prænoto, impedimentum publicæ honestatis esse propinquitatem ortam ex sponsalibus, vel matrimonio rato, vi cuius neuter sponsorum validè contrahit cum consangvineis alterius in certo gradu. Hinc Titius sponsus invalidè nubit matri, sorori, filiæ Bertæ sponsæ suæ. Item Berta sponsa invalidè contrahit, cum Patre, fratre, filio, Titij sponsi, sui quia hæ personæ attinguntur in primo gradu, ad quem duntaxat, jure novo extenditur impedimentum publicæ honestatis exortum ex sponsalibus validis. Item si Caius nubat Gaiæ, sed matrimonium non consummet, non potest mortua Gaiâ, nubere consangvineis Gaiæ usq; ad quartum gradum: nec vicissim Gaia consangvineis Caij mariti sui: quia impedimentum publicæ honestatis ex matrimonio rato oritur usq; ad quartum gradum juxta Canones. Hoc

præno

prænotato ℞. ad 1. Q. punctum affirmativè. Ita Sanchez Layman, Sporer &c: quia impedimentum publicæ honestatis est perpetuum, at non foret tale, si mutuo consensu sponsalibus dissolutis non permaneret. secundo. sponsalibus validè contractis exurgit impedimentum publicæ honestatis, & contrahitur, non ex voluntate sponsalia contrahentium sed ex voluntate Ecclesiæ. E. impedimentum publ: honest: in sponsalibus contractum non potest propria voluntate tolli. E. permanet, sponsalibus muto consensu dissolutis. Sicut permanet, si unus sponsorum religionem ingrediatur, vel moriatur: ut habetur c. Si quis apud Sporer n. 57.

Dices Sententiam hanc, quòd sponsalibus dissolutis mutuo consensu, cesset impedimentum publicæ honestatis, docuerunt graves DD. apud Tamb: & Gobat c: 15. & in praxi secuti sunt aliqui Episcopi, ac viri docti &, asserebatur pro ea declaratio

ratio Cardinalium Sacri officij E. R. illa declaratio Cardinalium non est authentica, nec sufficiens ad legem statuendam, ut dicit Sporer &c. & illam sententiam prorsûs evertit, & certam alteram Sanchezij, Gobat &c: reddit alia novissima, & authentica declaratio eorundem Eminentissimorum Cardinalium sub Alexandro VII. apud Fagnanum in cap: ad audientiam de sponsalibus & matr: & Tambur: c. 9. n. 7. quæ incipit: Jubente SS. Domino propositum fuit &c.

Dices: Per mutuum consensum in sponsalia, contractum fuit impedimentum publ: honest: E. per mutuum dissensum solvitur R. D. A. per mutuum consensum in spons: contractum fuit redicaliter impedimentum. C. A. fomaliter fuit contractum N. A. Nam impedimentum publ: honestatis oritur ex voluntate Ecclesiæ, mox ut contrahuntur sponsalia. Hinc licet liberum sit contrahere sponsalia, vel non, tamen non

est liberum contrahere, vel non contrahere impedimentum publ: honest:, jam contractis sponsalibus.

Ad 2. Q. punctum ℟. affirmativè. Ita Sporer & CC. Doctorum uno altero apud Herincx reclamante. Ratio, quia quô ad matrimonium ratum, manet in vigore dispositio juris antiqui, qua nascebatur hoc impedimentum, etiam si matrimonium fuerit invalidum, dum modò non ex defectu consensûs. Si dicas? si ex matrimonio rato invalido oritur impedimentum publ: honest: tunc qui matrimonium ratum invalidè contraxit cum Caia, sorore prioris sponsæ Bertæ, non posset, nec deberet ducere priorem sponsam Bertam. ℟. N. A. hæc enim duo impedimenta non habent vim reciprocam dirimendi, ut ait Layman & Gobat. Non enim ex matrimonio rato invalido cum aliqua, oritur hoc impedimentum in casu, quo præcesserunt valida sponsalia, cum

eius

eius sorore, vel filia ut habet CC.

Ad tertium Q. punctum antequam respondeam, suppono Titium nupsisse Caiæ sorori prioris sponsæ Bertæ, quarum neutram carnaliter cognovit, quia fuit in sententia Busembaum, Pontij, Dianæ; Engel &c. qui docent sponsalibus mutuo consensu legitimè dissolutis, tolli impedimentum R. Titium posse perstare in matrimonio contracto cum Caia sorore prioris sponsæ Bertæ. Ita Gobat c. 15. & Sporer p. 4. c. 1. sec 1. n. 57. ubi ait non posse moveri prudentem scrupulum illis, qui secuti priorem sententiam, contraxerunt cum sorore, vg. prioris sponsæ, sponsalibus prioribus dissolutis mutuo. Rationem dat, quia juxta legem Barbarius ff. de officio Prætoris, valet quilibet contractus etiam matrimonalis, ex allegata prudenterq; credita authoritate legis, sed qui ex resolutione illorum Episcoporum, & tantorum DD. sic matrimo

trimonium contraxerunt, id fecerunt ex allegata, prudenterq; credita authoritate legis, scilicet declarationis illius Cardinalium quasi habentis authoritatem legis clarissimè loquentis etsi revera talis non fuerit. E. valere debuerunt contractus illi, præsertim cùm leges & Doctores toti sint in tuendo matrimonij bona fide contracti valore, ne ex dissolutione, gravissima oriantur incommoda Confir: 1. ex responso Alexandri VII. qui in materia matrimoniorum dixit: ubi utrinq; essent opiniones probabiles, ut Missionarij sequerentur illas quæ essent favorabiliores alijs. Certum enim est causam matrimonij esse favorabilem. In dubio autem semper standum est pro valore actûs favorabilis adeoq; in dubio quocunq; etiam positivo standum est pro valore matrimonij, sive contracti, sive contrahendi. Conf: 2. Dicimus ideo Sacramentum pænitentiæ licitè conferri,

cum

cum jurisdictione probabili nec propterea exponi periculo frustrationis, quia moraliter certum est jurisdictionem in tali casu ab Ecclesia suppleri, si forte desit, ut communiter docetur cum Viva & Diana p. 8. tr. 1. r. 93. sed etiam ex benignitate Ecclesiæ impedimentum dirimens nullum est, & matrimonium habetur pro valido, quando est solùm probabile, quòd aliquid non sit impedimentum, aut quòd dispensatio sit valida. E. licitè etiam cum hac probabilitate matrimonium contrahitur, nec exponitur periculo nullitatis. Id quod patet ex praxi Ecclesiæ, quæ semper matrimonia contracta cum dubio juris de impedimento dirimente, declaravit valida, & quidem non ideo declaravit, quia fuerunt contracta sed quia causa matrimonij est favorabilis, ex reg: juris 15. sunt ampliandi. Impedimentum etiam quod probabiliter non est dirimens, habetur pro nullo.

Infer

Infer: 1. cum Viva. Si tantùm probabile ſit, quòd aliqua res matrimonium dirimat jure naturali aut Divino, poteſt Eccleſia ſequendo opinionem probabilem oppoſitam, matrimonium juxta has probabiles opiniones contractum habere pro valido.

Infer: 2. cum Lacroix n. 42. Qui cum dubio ſpeculativo ſuſcipit matrimonium ex ſententia probabili, relicta tutiore, non peccat, nec incurrit pœnas intentatas per damnationom huius propoſitionis: Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis &c: Ratio eſt, quia ob diſpenſationem Eccleſiæ, accedit circumſtantia quæ ſententiam illam exdirectè probabili facit reflexè certam, practicè tutam.

Infer: 3. Non valere matrimonium, ſi fuerit error facti, vg: quia putabatur non eſſe conſangvinea, cùm tamen eſſet: quia ubi non eſt error communis, ſed privatus pau-

corum

corum, Ecclesia quamvis posset, non supplet nec dispensat. Ita CC. cum Gormaz. Attamen Cardenas, Sanchez, &c. dicunt quòd quando in quæstione facti ex conjecturis utrinq; probabilibus resultat purum dubium omnino invincibile, hoc non obstat contrahendo matrimonio, quia etiam hic dum impedimentum est in statu puri dubij invincibilis, videtur, quòd possessio, sit pro libertate.

CASUS IX.

Titius contra fidem primorum sponsalium cum Berta factorum, promisit jurejurando Caiæ matrimonium subsecutâ copulâ.

QUæritur: Cui nubere debeat? Suppono 1. Utrumq; sponsum peracto sponsalium contractu ex justitia obligari ad nuptias, ita ut quam

quamdiu alter in promissione persistit, alter sine injuria resilire nequeat, quamvis sponsalia sine ulla solemnitate testium clam contracta fuerint, in foro tamen externo requiritur probatio per testes, aut juramentum, in defectu plenæ probationis, est CC. DD.

Suppono 2. Titium animo con- 104
trahendi sponsalia promisisse nuptias, tam Bertæ, quám Caiæ, & tam hanc quám illam acceptasse promissum, & vicissim Titio repromisisse matrimonium. Nam si tantùm promissionem matrimonij acceptarent, & illud vicissim non repromitterent, Titius non faceret contractū sponsaliū. Sponsalia enim sunt, promissio mutua futuri matrimonij. Actus etiā agentiū non operantur ultra intentionem eorum.

Suppono 2. Bertam post contracta sponsalia nullam dedisse occasionē Titio, ut posset licitè resilire, & sponsalia nova cum Caia inire. Justæ autē

causæ

causæ resiliendi à sponsalibus sunt primò mutuus consensus. 2do Religionis ingressus 3. Ordo Sacer 4. votũ simplex castitatis. 5. alterius vel utriusq; sponsi fornicatio. 6. Impedimentũ superveniens ut affinitas. 7. superveniens notabilis mutatio in sponsis, vel quo ad bona corporis, ut si quis ex sponsis incidit in morbũ incurabilẽ: vel quo ad bona animi ut si quis ex sponsis gravi infamia macularetur, vel quo ad bona fortunæ, ut si dotẽ promissã negat ille qui promisit. Jã ad Q. R̷. Titiũ per se loquendo debere nubere Bertæ. Ita Layman t. 10. c. 1. de spon: n. 5. corol. 2. Sanchez l. 1. de matr: d. 40. &c. CC. quia qui prior eſt tempore, potior jure, sed Berta fuit prior tẽpore in sponsalibus. E. est potior jure E.

Dices 1. Sponsalia Caiæ sunt juramento firmata: E. sunt potiora sponsalibus Bertæ R̷. C. A. N. C. Nam jus solùm legitimum & non illegitimum juramento firmatum, est potius jure

juramento non firmato. Jus autem Caiæ eſt illegitimum, & in præiudicium Bertæ. Nec juri Caiæ favet lex Divina, ut non favet, ſi quis juret ſe alteri gravem injuriam facturum, juramentum enim non valet, quod cadit ſuper rem illicitam, ut ſi quis iuret, ſe pejeraturum.

Dices ſecundò. Si quis poſt votum ſimplex caſtitatis DEO promiſſum, violavit puellam ſub promiſſione matrimonij, debet illi nubere omiſſa obſervatione voti. E. ex eo, quòd ſit prior tempore Berta, non ſequitur quòd ſit potior jure, quám Caia. E. ℟. 1. Diana negat Ant. quia deflorator virginis, emiſſo voto caſtitatis, debet ſervare votum, cùm ad id urgeat promiſſio DEO facta. ℟. 2. melius Tamb: in decal: l. 7. c. 5. de ſtupro C. A. quia debitum hoc ducendæ in matrimonium puellæ defloratæ oritur ex delicto defloratoris, at votum caſtitatis eſt ex mera promiſ-

ſione. Debita autem ex delicto priùs ſunt ſolvenda, quám debita ex promiſſione gratuita, ut docet CC. hinc ſi quis voveat centum aureos Eccleſiæ, & deinde furetur, prius debet reddere hoc quod abſtulit, illi, cui abſtulit, poſtea votum adimplere. N. C. diſparitas quia votum factum DEO non adeo urget, ut promiſſio facta homini. DEUS enim non eſt tam rigidus exactor, ut homo, & benignè præſumitur jus ſuum remittere in concurrentia juris juſtitiæ, quod eſt homini ſervandum; homo autem non facilè jus ſuum remittere cenſetur.

Si dicas: Debita ex delicto prius ſunt ſolvenda, quam debita ex promiſſione, ſed ſponſalia Titij cum Caia poſteriùs inita, ſunt debitum ex delicto, ſponſalia verò cum Berta ſunt debitum ex promiſſione. E. ſponſalia Titij cum Caia ſunt priùs ſolvenda &c: ℞. 1. Hoc argum: probat multùm, adeoq; nihil, probat

enim

enim Titium debere nubere Caiæ, etsi eam non deflorasset, quod tamen nullus concedit. Titij enim posteriora cum Caia sponsalia essent debitum ex delicto. Non enim ei licebat contrahere cum Caia. R. 2. Si Berta debitum ex promissione matrimonij remittit Titio, poterit is nubere Caiæ.

Dices tertiò Juxta regulam receptam apud Sylv: ver: sponsalia n. 7. si duo vincula disparis potentiæ, incompossibilia contrahuntur, fortius repellit minùs forte, sed sponsalia cum Berta, item cum Caia sunt duo vincula disparis potentiæ incompossibilia. E. fortiùs repellit minus forte; atqui sponsalia cum Caia sunt vinculum fortius, cum Berta minus forte. E. R. sponsalia cum Caia non esse per se loquendo, vinculum fortius, nisi Berta cedat jure suo uti cedere debet, si sponsalia clam, Caia verò inscia priorum sponsalium, coram Parocho, alijsq; testibus

celebravit. Ita Layman, tr: 10. de sponſ:n. 5. c. 4. Tambur: 13. de sponſ: c. v. §. 5. Etſi enim per ſe loquendo, prioribus ſponſalibus ſtandum ſit, per accidens tamen, ſi ſponſus intelligat ſibi & priori ſponſæ omni probatione carentibus, etiam oblato juramento, fidem coram Conſiſtorio negandam ſed cenſuris compellendum ad poſteriorem ſponſam cum ſui majore infamatione &c: tali caſu prior ſponſa rationabiliter contenta eſſe, atq; jure ſuo cedere debebit. Ita Sanchez d. 49. Item ſi ex violatione priorum ſponſalium exiguum incommodum foret, grave autem famæ damnum metuatur ſecundæ ſponſæ, quæ priorum ſponſalium ignara conſenſit in copulam ſpe matrimonij, præſertim ſi etiam prolem concepit; tunc tali caſu, deceptor ex juſtitia debet damnum mulieris avertere. Ita Layman cit: Hinc judicis erit cognito periculo gravis damni, interdum compellere deceptorem ad ſecundam ducen-

ducendam, ut docet Sanchez 6. Cùm autem judex per sententiam non possit priorem jure suo privare, sed solùm declarare, jus ejus in tali casu per naturalem æquitatem cessare. Imò si talis causa manifesta sit, deceptorem id ipsum exequi posse in conscientiæ foro, ante judicis sententiam declaratoriam. Ita Layman contra Sotum.

Dices 4. Si equum Cneio liberaliter promissum vendas Gaio pretio accepto, & consumpto, teneris equum tradere Gaio, at per priora sponsalia Titius se in matrimonium Bertæ promisit, per secunda verò se quasi vendidit Caiæ, recepto pretio copulæ, imò tradidit se, seu corpus suum quo ad usum. E. per se loquendo Caiæ tenetur nubere ℟. C. 1. p. An: ad secundam ℟. Titium promisisse matrimonium Bertæ non mere liberaliter, & non sine posita repromissione, sed promisisse onerosè, posita repromissione, qualis promissio

non est, cùm alteri equum promittis. Imò in prioribus sponsalibus recepit aliquid pretij pro sua promissione Titius, recepit enim repromissionem quasi pretium suæ promissionis. Nec se potuit vendere Caiæ receptâ copulâ, quasi pretio, si antea se quasi vendiderat, an inceperat vendere alteri. Si instes; Res vendita uni & non tradita, si postea vendatur, & tradatur alteri, ei, cui jam est tradita debetur, E. etiam licèt Titius promiserit tradere usum sui corporis Bertæ, & non tradiderit, tamen cum tradidit usum sui corporis Caiæ, debet per se loquendo nubere Caiæ. R. cùm Titius tradidit usum sui corporis sponsæ Caiæ, nihil absolutè suum tradidit, cùm id fuerit contra jus prioris sponsæ. At equus cùm pro pretio traditur, traditur tanquam suus & proprius. E. traditio illius usûs corporis nullam legitimam possessionem fecit Caiæ. Sic non fit posſessio

ſeſſio legitima, dum quis rem furto ablatam etiam accepto pretio alteri vendit, & tradit.

CASUS X.

Titius & Caius litigaturi, munera notabilia judici obtulerunt, ut quisq; in ſuam partem animum illius moveret.

QUæritur primò. An judici acceptatio munerum ſit aliquo jure illicita?

Quæritur ſecundò. Si eſt illicita, an tenetur ad munerum reſtitutionem?

Quæritur tertiò. An peccat, qui judici munera offert? 105

Suppono Licere Judicibus aliquid loco ſtipendij accipere, pro labore perſonali, qui Judicis ſtudium, & peritiam requirit, & induſtriam, & peritiam requirit, & ad quem gratîs exercendum non obligatur

gatur, quia licet opus exercendi justitiam sit Spirituale, & ex hac parte videatur esse simoniacum, aliquid accipere, tamen non est simonia aliquid accipere locò stipendij pro obligatione, qua se obligat judex ad exercendum illud officium eò quòd tunc Judex locat seu vendit obligationem, non opus justitiæ quod exercet. Obligatio autem quâ quis se obligat ad aliquid faciendum, temporale quiddam est, & pecuniâ æstimatur. At si judex habet à lege, vel conventione stipendium certum sibi assignatum, vel quando habet beneficium cui annexa est jurisdictio in litigantes, tunc nihil potest aliud locò stipendij accipere á litigantibus; quia aliàs acciperet, aliquid ultra mercedem sibi debitam. Si tamen stipendium assignatum in pretium injustum esset, neq; publica potestas illud augeret, potest judex tantò plùs pro labore accipere, quantò maiús salarium esse oportebat, ut iustum

foret

ſtret, quoniam lex injuſta in conſcientia non obligat. Sylveſter v. reſtitutio q. 5. Dicaſtillo de jure & juſt: ſ. 453. Poſſunt etiam judices recipere pretium maius, quàm ſit taxatum, quando propter litigantes, aliquem extraordinarium laborem maniſeſtè maiorem aſſumunt, ad quem ratione officij non tenebantur, vg: ut noctem inſomnem ducant, vel aliò proficiſcantur, ut citiùs quàm tenebantur, cauſam expediant. Nav: Mol: &c: Jam reſtat difficultas de acceptione munerum quæ dantur ad movendum Judicis animum in alteram partem, an hæc acceptio ſit aliquo jure prohibita? itaq; R. 1. Judici acceptionem munerum quæ dantur ad movendum eius animum in alteram partem, eſſe jure poſitivo illicitam ut conſtat ex l. plebiſcito ff. de officio præſidis &c: Non intelligitur tamen contra eas leges peccare, qui accipit quidem munera non tamen ut Judex nec ei tali intuitu dantur,

ſed

ſed ob amicitiam aliunde ortam, & contractam, ob beneficia privata danti collata, ob conſangvinitatem &c. leges enim ſolùm prohibent accipere aliquid occaſione Magiſtratûs. Ita Sanchez l. 3. conſil. c. unico dub. 1. n. 21. & alij.

℟. 2. Eſſe etiam illicitam jure naturali munerum acceptionem, quæ dantur ad movendum animum Judicis in alteram partem. Ita Lugo d. 37. ſec. 11. &c. Impoſſibile enim eſt moraliter loquendo, ut judex qui pendente lite accipit à litigantibus magnum aliquod donum, poſtea in decurſu cauſæ, & in prolatione ſententiæ non propendeat multum in favorem plus offerentis. Munera enim excæcant prudentes & ſubvertunt verba Juſtorum. Exodi 23. Et dato quòd poſſit aliquis adeo rectus reperiri, qui etiam donis acceptis condemnaret nocentem, tamen acceptatio munerum, eſt periculum proximum pervertendæ juſtitiæ, quia à commu-

niter

piter contingentibus est judicandum. Sic peccatum fornicationis accipit suam malitiam ex damno prolis, quæ male educabitur, quod inconveniens licèt in aliquo particulari cesset, à communiter tamen contingentibꝰ judicatur. Ita Lugo f. 629. Et sicut fornicatio non potest contraria consvetudine præscribi, eò quòd conjiciat in periculum malæ educationis prolis; sic donorum acceptatio non potest esse per consvetudinem licita ex eo, quòd inducat efficaciter in periculum pervertendæ justitiæ. Nec dic ex Authen: de Judicibus §. ne autem tollat: 6. dari Judicibus facultatem recipiendi munera. Nam lex judicibus concedit recipere munera, quæ recipiunt alio titulo non eo quia sunt Judices, vel permittit accipere munera exigua, seu xenia, sed de his Eccl: 20. dicitur. Xenia & dona excæcant oculos judicum.

Ad secundum. Q. ℟. Judicem ante finitam litem obligari jure na-

turali ad restitutionem eorum muнerum quæ data sunt ad movendum eius animum; aliàs versabitur judex in periculo proximo pervertendæ justitiæ, si retineat munera.

Nec refert, quod judex munerum liberaliter datorum dominium jure naturæ acquirat. Nam hoc dominio tenetur se jure naturæ spoliare, ne sit in periculo violandæ justitiæ.

Tertij Quæsiti duplex potest esse sensus. 1. An peccat, qui Judici offert munera? ad movendum ejus animum in suam partem. Secundò. An peccat, qui offert ad redimendam injustam vexationem? Si primùm ℟. peccat, qui munera offert Judici, quia illi dat occasionem gravis peccati. Si secundum ℟. non peccat. Ita Molina &c:

Porro tunc est vexatio injusta quando est periculum, ne justitia unius clara pervertatur, vel quando Judex non est æqualis omnibus in

expe-

expediendis eorum negotiis, ſed expedit priùs eos, à quibus munera accepit, alios autem differt in longum cum graviſſimis ſumptibus & moleſtiis. In dubio autem juxta Molinam, an injuſtitia illi fiet, etſi ex affectu ad proprium commodum, timeat ſe fraudandum jure ſuo, non licet munus offerre.

Probatur jam ſecunda reſponſio. Non peccat qui invitat alterum obſtinatum ad peccatum minus, ne faciat maius, vg: vulneret potiús, quàm occidat, ſed qui offert Judici munera ad redimendam injuſtam vexationem, invitat ad peccatum minus, vexatio enim injuſta & gravis, eſt maius peccatum Judicis, quàm eſt acceptatio mnerum. E. vide Dicaſtillo f. 465. Invitatio tamen ad minus peccatum eſt malum ſimpliciter, ſi ſit cum affectu & deſiderio peccati minoris.

CASUS XI.

Titius suspensus ab Ordine Sacro causa censuræ sublatâ, benedicit aquam, fructus, nuptias, mulierem post partum juxta solemnitatem Ecclesiæ.

QUæritur primò An incurrat irregularitatem.

Quæritur secundò. An requiritur absolutio à censura, causâ censuræ sublatâ, & contumacia cessante.

106 Ad 1. ℟. affirmativè, quia violat suspensionem Ecclesiæ, per exercitium Ordinis Sacri:, est CC. cum Bonac: d. 3. p. 4. Benedictio tamen mensæ non est exercitium Ordinis Sacri, cùm eam etiam laici præstare queant.

Ad secundum Q. ℟. affirmativè, & certum est ex c. cùm desideres 15. & cap: Sacris 38. de sent.

excom

excom: Hinc Alexander VII. damnavit hanc 44. prop: Quo ad forum conſcientiæ, reo correcto, eiusq; contumacia ceſſante, ceſſant cenſuræ.

Nec obſtat, quod cenſura ſit medicina, quæ deſinit morbo ſublato. Nam cenſura eſt medicina, & pœna: hinc licet ceſſet ut medicina morbo ſublato, non tamen ſemper ceſſat ut pœna, ut habet Viva ad prop: 44. Attamen per ſe exſpirat ſuſpenſio merè pœnalis, quæ fertur ad certum tempus in pœnam delicti, ob peccatum merè præteritum: nam tunc non eſt propriè cenſura Ita CC. Fieri etiam poteſt ex mente cenſurantis, vg: dum dicitur: Sis ſuſpenſus donec reſtituas, ut hoc ipſo concedatur abſolutio, ſi poſtea fiat reſtitutio, ut aiunt Navarrus &c.

Infer: 1. Quamvis contumacia ſit cauſa ut ponatur cenſura, non tamen eſt cauſa, ut conſervetur. Sic licèt culpa ſit cauſa pœnæ, tamen ſublatâ culpâ ſæpe manet reatus

pœnæ

pænæ. Hinc quia causa positæ censuræ fuit voluntas Superioris, ita hæc eadem debet esse causa sublationis censuræ. Nec est alienum à pietate Ecclesiæ, velle eum censuræ obnoxium, qui se correxit, & non petit absolvi à censura; & talis licet sit membrum Christi & Ecclesiæ non tamen vegetatur influxu Spiritualis aliàs auxilij, quod ex publicis Ecclesiæ suffragiis provenit, sed vegetatur influxu interno charitatis & fidei.

CASUS XII.

Resolutione sequentium quæsitorum locupletior.

QUæritur primò. An homines non interdicti incurrant interdictum si post latum interdictum fiant concives populi interdicti?

Q. 2. An possit die Nativitatis Sacerdos

cerdos celebrare tertiam vg. Missam, qui in secunda vg: per errorem locò vini consecravit aquam & sumpsit? item an possit consecrare hostias sumpta jam communione Sacerdos, propter multitudinem communicandorum?

Q. 3. An validum est matrimonium Titij peregrini, quod cum Berta etiam peregrina coram Parocho non suo mentitus se fixisse quasi domicilium in eius parochia, contraxit contra fidem priorum sponsalium contractorum cum Caia, spe matrimonij impraegnata, cui ne nuberet, filium ex ea susceptum, è Sacro fonte levavit?

Q. 4. Quaenam sit ratio agendi cum mercatore? quae cum alijs?

Ad resolutionem primi quaesiti, suppono interdictum esse, censuram privantem participatione Sacramentorum, Divinorum officiorum, & Ecclesiasticâ sepulturâ. Itaq; ad 1. Q. R. affirmativè. Ita Bonac. d. 5. p. 1. n. 16.

n. 16. &c. Tum quia homines non interdicti, fiunt pars communitatis interdictæ si fiant concives populi interdicti: Tum quia cives communitatis interdictæ, dum absunt hinc, cùm fertur interdictum subjacent interdicto. E. & homines non interdicti incurrunt interdictum si fiant concives populi interdicti. Antecedens est Siari c. 4. n. Alterij, Avilæ &c. Probo Conf: Tam hi, quàm illi sunt pars communitatis interdictæ. E. Confirm: Amentes aut infantes, qui tempore lati interdicti generalis, non utebantur rationis usu, acquisito usu rationis jam subijciuntur interdicto, & capella addita Ecclesiæ jam interdictæ; item locus additus priori loco interdicto, subijciuntur interdicto. Ita Alerius d. 10. c. 5. E. etiam.

Obijcies 1. Interdicto populo non intelligitur interdictus Clerus, & è contra. E. & interdicto populo non intelliguntur interdicti, qui post latum

inter-

interdictum, fiunt pars populi inter-
dicti. R. cum Suarez &c. C. A.
N. C. quia populus absolutè prolatus, solet distingvi à Clero & accipi pro laico Homines verò non interdicti, si fiant pars populi interdicti, non distingvuntur à populo, nisi tanquam pars à toto.

Ob: 2. Interdictum est pœna Ecclesiastica. E. solos ligat nocentes, atqui hi, qui post latum interdictum facti sunt pars populi interdicti, sunt innocentes. E. R. C. A. & C. distingvo subsumptum, sunt innocentes, præcisè secundùm se C. sunt innocentes ut sunt pars populi interdicti, Nego subsumptum.

Ob: 3. Si unus habeat duo domicilia, unum in eo loco, in quo, totus pupulus est interdictus, aliud in alio loco, ubi non est interdictus, non subjacet interdicto. E. R. cum Suarez, Fill: &c: Dist: Ant: Habens duo domicilia &c· non subjacet ininterdicto, si habitet in domicilio loci,

in quo populus est interdictus N. A secus C. A. & N. C.

Ob: 4. Terra non interdicta, acquisita post interdictum locale, non subjacet interdicto ut docet Gobat &c: E. & homines &c. ℟. Disparitas est, quia interdictum generale personale fertur in personas, ut faciunt unum populum, consequenter qui advenit, & fit pars illius populi interdicti, incurrit interdictum, sicut qui recedit, cùm desinat esse pars populi interdicti, non remanet interdictus. Interdicto verò locali non attenduntur loca, quatenus sunt sub uno Domino, sed ipsamet loca singula afficiuntur interdicto. Ad hæc si unus locus vendatur post interdictum, adhuc est interdictus, si verò alius post latum interdictum locus acquiratur, non remanet interdictus. Vide Gobat.

Ob: 5. Qui post latum interdictum fit de Familia interdicta, non incurrit interdictum. E. & qui lato

jam interdicto, sit pars populi interdicti non interdicitur R. C. A. N C. quia interdictum familiæ est particulare, ferturq; in certas personas talis familiæ. Interdictum verò communititas est generale. Ita Suarez n. 9. Fill: &c.

Ad secundum Q. quidam ipso facto & praxi respondit affirmativè, sed errores non sunt allegandi. Itaq; omnino quo ad utrumq; punctum est respondendum negativè. Ratio primi, quia Sacerdoti non jeiuno non licet celebrare, nisi sit gravissima necessitas, aut metus maximæ infamiæ, scandali, & aliorum gravissimorum incommodorum. Tunc enim lex Ecclesiæ de naturali jeiunio non obligat.

Ratio secundi. Quia consecratio Xsti nequit licitè poni, nisi juxta ritum ab Ecclesia præscriptum. Nec est tanta necessitas communionis ut hic ritus etiam ad dandum Viaticum omitti queat.

Tertij Q. & quarti. ut clarior & ad captum resolutio fiat, instituemus eam per arcanum colloquium seu per rationem agendi Confessarij cum pænitente malè nupto, & per rationem agendi cum mercatore. Sit itaq;.

Ratio agendi cum pænitente malè nupto.

PÆnit. C. D. O. Ex mea & sponsæ parochia, veni ad alienam parochiam: finxi me in illa fixisse quasi domicilium, habereq; animum permanendi potiore anni parte. Ibi contracto in facie Ecclesiæ matrimonio, post aliquot hebdomadas, contuli me ad propriam Parochiam. Conscientiâ urgeor, quòd coram proprio Parocho non contraxerim, & dubito, an meum matrimonium sit validum? C. valeret tuum matrimonium si ha-

si habuisses saltem tu verum ani-
mum ibi figendi quasi domicilium,
ubi contraxisti, sed quia talem ani-
mum non habuisti, tuum matrimo-
nium non valet: debes illud iterum
in Facie Ecclesiæ propriæ contrahe-
re. P. si non valet, cum meâ ista-
quasi consorte furibundâ, & alterâ
Rixâ natâ, malo alterri nubere. C.
licebit, sed tali matrimonio uti non
licuit, dic quoties illo mala fide usus
es? P. copulam habui vicibus 15.
solam copulæ voluntetem cum tacti-
bus & osculis vic: 10. plus minus;
matrimonium etiam hoc contra-
xi contra fidem priorum sponsalium
cum Caia; cui nolens nubere, filium
meum ex ea, à me imprægnata, na-
tum levavi è Sacro fonte, oro Pa-
ter an possum illi nubere? C. imò
debes. P. sed impedimentum cogna-
tionis Spiritualis dirimit matrimoni-
um. C. lex Ecclesiastica de tali im-
pedimento dirimente non præjudicat
legi naturali obliganti ad servandam 109
promi-

promiſſis fidem, aliàs eſſet iniqua, præciperet enim id, quod non licet. In concurſu etiam legis naturalis, & legis humanæ, prævalet lex naturæ. Deniq; ſua fraus nemini debet patrocinari. Ita D. D. P. ſed ego Caiæ conditione inferiori fictè promiſi nuptias C. ſi eam non imprægnâſſes probabiliter ei non tenereris nubere, ſed quia imprægnâſti, non ideo liber es, quamvis fictè promiſeris. Quia ſæpe fit, ut aliquis nobilior ſeriò promittat, aut etiam ducat viliorem. P. quid ſi Caia renuntiabit juri ſuo? C. ſi non timeantur prudenter graviora mala, non poteſt renuntiare, ſed tenetur urgere matrimonium, ut ita conſulat bono prolis legitimandæ. P. ego Caiæ certã pecuniæ ſummã pro illata ſibi injuria offerã. C. cũ damno prolis non legitimandæ, nequit hanc ſummã acceptare. V. Croix n. 72. P. inter malleum, & incudem poſitus quò malorũ deveni? C. nemo læditur niſi à ſe ipſo &c.

Ratio

Ratio agendi cum mercatore.

PÆnit: Vendidi mercem, aucto
pretio eius ex eo, quòd illâ val-
de egeret emptor, & erga eam affi- 110
ceretur. C. rem alienam hoc est af-
fectum, & indigentiam ementis au-
cto pretio vendidisti. P. utiq; licet
mercis pretium augere, si venditor
illâ ægre careat propter commodum
& oblectationem. C. quid tum. Hoc
commodum & oblectatio non sunt res
venditoris pretio æstimabiles. P. sed
ego mercis pretium auxi etiam ideo,
quia circa eam infortunium passus
sum. C. si infortunium commune
multis mercatoribus induxit penuri-
am mercium, potuisti tunc pretium
augere. Pretium enim vulgare sæpe
mutatur prout est copia vel inopia
tum mercium, tum emptorum. P.

ut me-

at meum unius infortunium non induxit penuriam mercium. C. id debet vendi, quod eſt merci intrinſecum, & tanti, quanti communiter æſtimatur; infortunium autem tuum eſt merci extrinſecum. Quantum pecuniæ hæc iniquitas tibi invexit? P. fl. 200. C. quot erant huius mercis emptores? P. 15. plus minus. C. teneris ad reſtitutionem injuſti pretij. P. imperito vendidi 3. centurias imaginum timph: 39. vendendas timph: 15., requiſitus poſtea, jureiurando affirmavi me conſveto pretio vendidiſſe. Gemmã etiã valentẽ 100. fl. emi â quodã fl 10. C. ſic ẽpta gẽma non eſt tua: ut ſit tua, fl. 90
111. debes venditori dare. Non enim tibi præſumitur quidquam voluiſſe donare. Non diteſces alieno. Res alienæ ſunt tanquam plumæ aquilarum, quæ alias plumas ſibi mixtas conſumunt, ut ferunt Hiſtoriæ. P. utiq; ſi agrum emerem in quo theſaurum reconditum ſcirem, non tenerer quid-

quam

quam venditori restituere. C. ita est, quia agrum tunc currenti pretio e-meres. E. id non militat pro te. P. Mi Pater ego me non agnosco debitorem gemmæ venditori: nam illi innui hanc gemmam valere 100 fl. sed eâ me non indigere, hinc pro ea tantùm fl. 10. dedi non invito. C. si ita est, nihil debes tali venditori. P. sed mihi nunc constat hanc gemmam esse furtivam. C tanquam alienam Domino teneris restituere? P. at ego titulo emptionis sum Dominus gemmæ. C. fur in te non transtulit dominum quod ipse non habuit. P at ego in furem transtuli dominium 10. fl. C. transtulisti, si tuâ pecuniâ emisti? P. meâ; ergo mihi fur nihil debet? C. est quidem fur hic Dominus 10. fl. ex vi emptionis, sed cum obligatione tibi restituendi. P. Ille mihi 10. fl: non restituet, nisi ego illi gemmam tradidero. C. ut te indemnem serves potes & furi reddere. P. sed scio gem-

mam

mam non redditurum furem Domino. C. si ita probabile est te rem non posse reddere furi, quia res è potestate furis extracta, hoc ipso acquisivit meliorem statum, qui spectat ad rem ipsam & eius Dominum. Ita Layman l. 31. tr: 4. c. 17. S. 2. &c: contra Illsung d. 3. n. 40 &c. P. mi Pater nemo tenetur ex charitate magis prospicere bono alieno, quàm proprio. Hinc si invenirem rem alienam in aliquo loco, & postea timens eam mihi perniciosam, possem eam in eodem loco reponere ut me indemnem servarem, & si hæc res in meis manibus acquireret meliorem statum. Ego potiùs sequar sententiam Illsung. C. si placet sequere. Sed si non poteris reperire furem, ut ab eo 10. fl. recipias, rem vero Domino teneberis restituere saltem in æquivalenti, si times suspicionem contra te furti, vide Bonac: n. 4. P. Juravi bis, me non posse tali pretio merces vendere, cùm tamen pos-

possem. C. si per hoc significare voluisti quod non posses cum honesto & mediocri lucro ita vendere, excusaris. P. potui oblato pretio vendere cum honesto lucro; item juravi ter, merces mihi pluris constare, cùm id esset falsum. C. si per hoc non intellexisti nudè pretium rei emptæ, sed etiam computâsti expensas, vg: vecturæ &c: excusaris. Expensæ enim justæ possunt venire nomine pretij, quo res tibi constant V. Gobat t. 11. n. 6. P. intellexi nudè pretium rei emptæ. Ad creditum vendidi merces bis supra pretium summum. C. si habuisti titulum justum vg: lucri cessantis, vel damni emergentis, vel periculi sortem amittendi, excusaris. V. Bonac: t. 2. n. 20. &c: P. solus titulus dilationis in solvendo intercessit. C. sola dilatio solutionis non est justus titulus acquirendi plùs, quia justum pretium rei secundùm se est, quo res valet, quando traditur: & solutio

112

futura tantundem æſtimatur, quanti præſens. Nihil ultra pretium juſtum accipies à tali emptore. P. vendidi merces corruptas pretio mercium recentium. C. an in magna quantitate & quot ẽptoribus P. in magna & ẽptoribus tribus, à quibus interrogatus non detexi vitium occultum ſed aſſerui merces recentes. C. tenebaris ex officio explicare conditionem rei tuæ venalis, & detrahere de pretio pro ratione vitij, ſed quia emptores in re gravi decepiſti, teneris reddere indemnes? P. pro certa variarum mercium menſura, idq; paulò minore ultra pretium ſummum accipiebam fl: 2. C. *ſtatera doloſa abominatio eſt apud DEUM* prov: n. 1. P. etiam famulum meum ſimiliter delinquentem lau-
114 davi. C. quoties laudâſti? P. ter C. *digni ſunt morte, non ſolùm qui talia faciunt ſed & comprobant illa facientes.* Ad Rom 1. Et interpret Chryſoſt: de David & Saule, *collaudare delinquentes longè plùs eſt, quàm delin-*

linquere. Quantùm tibi hinc acceſ-
ſit pecuniæ ultra pretium juſtum ac-
ceptæ? P. fl. 100. C. à quot, &
an à pauperibus emptoribus? P. à 50
prope pauperibus. C. redde quod de-
bes. P. dolio potûs eximij affudi a-
quæ ollas 5. & vendidi. C. potus
ſi ex illa admixtione non fuit mi-
nùs bonus, quám ille, qui ab ali-
js venditur, non eſſes condemnan-
dus injuſtitiæ, quia eodem pretio
vendebas. V. Leſſ: l. 2. c. dub. 11.
quia illa fraude nullum damnum
inferres emptori; poteras enim rem
tuam deducere, ad eum ſtatum in
quô ſunt res aliorum. Attamen ta-
lem poſſe puniri, tanquam eum, qui
adulterat ſpecies, & emptores de-
cipit: docet idem Leſſ: P. meum
vinum per hanc mixtionem fuit de-
terius vino aliorum. C. 5. ollas a-
quæ vendidiſti, & tibi cum obli-
gatione reſtituendi, pænas ineffabiles
poſt mortem emiſti. P. alijs defici-
ente venali vino, literis confictis,
ſpar-

ſparſi rumorem, de navibus quæ Vinum advehebant ſubmerſis, & ideo cariùs 20 dolia vini vendidi. C teneris reſtituere, vel ſi non omnes nôſti, pauperibus iniquè collectam pecuniam conferendo. P. ſed ſub mortali an teneor? C. an magnam omnibus ſimul ſumptis hac fraude feciſti injuriam. P. non magnam, quia venditis ollæ menſura tali fraude vini doliis lucratus fl. 50. C. amor proprius tibi ex camelo fecit muſcam. Sub mortali debes reſtituere. P. utiq; non tenerer reſtituere ſi pretium vini auctum eſſet, jam falſo tali rumore non per me cauſato, & inſcio fraudis. C. etiam probabiliùs tunc tenereris. Nam idem pretium nequit eſſe juſtum & injuſtum reſpectu diverſorum, ſed reſpectu illorum, qui rumoris ſunt cauſa, eſt injuſtum. E. etiam reſpectu aliorũ, cùm tale pretiũ non ſit á Magiſtratu conſtitutũ nec ap-

proba-

probatum. Ita Rebellus &c. contra
Medinam & Graffium. P. mone-
tam falsam defectu ponderis, & ma-
teriæ justæ pro mercibus exposui. C.
in qua quantitate, & quoties? P.
in magna & ter, C. redde quod
debes. P. utiq; non tenerer redde-
re, emendo merces formaliter falsâ
monetâ materiam bonam habente, 116
cui appressa est forma & signum
Principis sine ulla authoritate. C. ta-
lis moneta si exponatur habet valo-
rem intrinsecum & communem non
item prior. Sed quorsum hæc tua
argumenta, an venisti conscientiam
expiatum, an me examinatum? P.
mi Pater ignosce, multis antea con-
fessus, resolutiones mihi damnosas ac-
cepi, sed difficultates oppositæ, con-
fessarios ab errore in viam bonam
reduxerunt. Sed adhuc dubio coarctor.
Illam monetam materialiter falsam
inscius exposui. C. adhuc teneris
eam recipere, & aliam bonam da-
re. Receptam autem supprime, aut

detecto vitio vende, quanti potes. P. habebo damnum. C. hoc casui & improvidantiæ tuæ imputa, & aliis non noce. Errasti talem pecuniam acceptando, sed error soli erranti nocere debet. Ita Nav: & O O. P. quandam rem pretiosam vilissimo pretio emi ab hoste raptore. C. si emisti eo fine ut, redderes Domino pretium datum refundenti, utiliter gessisti negotium Domini, quem deberes inquirere. P. rem hanc emi quia censui prudenter, à Domino haberi pro derelicta. C. pro hac re dedisti vile pretium seu infra dimidium, titulo occupationis, non emptionis, & potes eam retinere. Sed
117 si Dominus comparuerit deberes ei rem reddere, si eam constaret non habuisse pro derelicta. Tunc enim eius rei adhuc dominium haberet; P. plura non occurrunt. C. caudata hæc sunt tua peccata, non dimittenda, nisi gladio efficacis propositi de restitutione, nunc hanc cau-

dam receſes. Promittis ne id verè & ex animo, non verbotenus tantùm; D E U S enim non irridetur. P. propono. C. non ſis poſthac tam avidus rerum, quæ nunquam exſatiant cor. Et bona omnia caduca non ſunt niſi micæ, quæ cadunt de menſa divitis ſcilicet DEI ad canes, nempe mortales. Quæ igitur hæc cæcitas, quæ fatuitas? recuſare regias epulas in cælis, ut obtineas micas in terris, ut comedas pomum, perdere Regnum. Ut ſis bonus, imiteris hominem peſſimum, te ipſum; quantum ſtuduiſti opibus colligendis ſtude virtutibus &c.

Rationem agendi cum mercatore expedivimus. Huius autem quæſiti, quænam ſit ratio agendi cum alijs pænitentibus reſolutionem habes à num. 6. ad n. 91. & infra.

Capite libri tricipitis coronato ſub fauſtiſſimis au-

spiciis Magni MECÆNATIS
sit
CORONIS CORONÆ THEOLOGICÆ.

NEmpe lapides pretiosi, non illi de quibus innuit Laurentius Justin: c. 7. dicens in ipsa Corona tanquam lapides pretiosi fulgent 12. genera gaudiorum, sanitas absq́ infirmitate, juventus absq́ senectute, satietas sine fastidio, libertas
118 sine impedimento, pulchritudo sine deformitate, impassibilitas sine morte, abundantia sine indigentia, securitas sine timore, cognitio sine errore, gloria sine ignominia, pax sine perturbatione, gaudium sine tristitia, Hæc ille. Nam hi sunt pretosi in oculis DEI Sanctorumq́, soli Coronæ cœlicæ proprij.

Porro

Porro lapides Coronæ Theologicæ & si sint percari in oculis soli, sed vilissimi in conspectu poli. Sunt autem 12.

Primus Adamas, cuius durities sanguine hirci domatur.

Alias-
Ratio agendi cum obstinato peccatore.

PÆnit: Mi Pater sum in periculo vitæ. C. video te sanum. P. sanus sum, sed fors hodie moriturus. Provocavi adversarium, ad duellum hodie horâ 3tia instituendũ; ne sine Sacramentis decedam, confiteor tibi peccata mea. C. hoc primò scelus confitere, quod ad duellum jure nature vetitum provocâsti. P. à quibus habeo animum resiliendi, de his me accusabo, á proposito autem duelli resilire nequeo. Aliàs pro- 119

missis non stabo, cùm ad hoc jure naturæ obliger. C. ineptis, promissio de re illicita non obligat, ut potè stulta, & peccaminosa. Si vis patere tibi aures confessarij, desiste ab impij duelli proposito. P. non possum. Honor meus periclitabitur. C. imò periclitabitur, si in malo perstiteris. Nemo tibi, nisi stultus timiditatis notam affricabit si destiteris, imò prudentes te, laudibus sub sidera tollent; quòd, non fueris prodigus vitæ tuæ. P. sapientia mundi tales habet ut timidos, ego autem communi sensu sum audacis pectoris heros. C. sapientia huius mundi stultitia est apud DEUM. Stultus fueris, si stultitiæ huic credulas aures dederis. P. at risus, & opprobrium populi fiam. C. si stipendia mereberis apud Regem, an curares sannas, & sibilos stultorum, habita magna æstimatione favoreq; Principis, ac totius Regni? P. contemnerem latratus caniculorũ

C. Quis

C. Quis amabo, maior, an Rex
cum Proceribus, an DEUS cum
Sanctis Omnibus? P. DEUS u-
tiq; maior. C. imò infinities ma-
ior. Si huic præfers stultitiam mun-
di, stultior es quàm si præferres au-
reis montibus stercora. Utiq; Regi
cum toto Regno, annueres postulan-
ti id à te, quod per me DEUS
cum Sanctis petit? P. annuerem.
C. & Regi Regum haud annues?
P. do victas manus, ab impio pro-
posito resilio, & eius me accuso,
ac doleo quòd DEUM offenderim
C. condonasne inimico personalem
offensam? P. non possum. C. po- 120
tuit David, Stephanus, & alij gra-
vissimas condonare offensas, & tu
levioribus dicis te non posse veni-
am dare? Ais te fortis pectoris he-
roem, & hic imbellem puerum te
probas? Fortior est qui se, quàm
qui fortissima vincit mœnia. P. sed
hic meus adversarius, villam meam
iniquissimè occupatam insedit. C.

Jure cum illo agito, offensam autem personalem ignoscito. P. sed gravissimé læsit in honore, & fama. C. id mihi constat; sed magis tu, & toties læsisti Regem Regum, & tamen tibi libenter paratus est veniam dare, si resipueris. P. DEUS est infinitè bonus. C. & tu non vis esse bonus? Visne tibi dimitti á DEO peccata? P. volo. C. non vis si non dimittis. Dimittes, DEUS te imitabitur, & tibi veniam dabit, nam id promisit, dicens: Dimittite, & dimittetur vobis. Si hac tuâ irâ noceres inimico tuo, haberes rationem licet futilem non dimittendi, at verò tibi soli gravissimè noces, insomnes noctes ducendo, vitam amaram cum continua mentis perturbatione, & gravi conscientiæ remorsu exigendo, ac æternæ damnationis reatum incurrendo. P. Mi Pater vicisti. Condono offensas. C. cuius amore? P. tranquillitatis internæ. C. potiùs condona

more Christi pro crucifixoribus, imò pro te deprecantis. P. condono: C. perge ultra. P. bona immobilia, progenitoribus meis iniquissimè adjudicata possideo. C. restituere teneris cum lucro cessante, & damno emergente. P. si restituero, nec 121
ego, nec filij mei habebunt subsidia honestæ vitæ. C. restitue, non est abbreviata manus Domini: providebit tibi & filijs necessaria vitæ Dominus, orbis Pater est; utinam te, ut filium geras. Magis tu diligis te, & filios, quàm Patrem tuum, DEUM? P. ratio dictat, me debere DEUM amare super omnia. C. obsequere rationi. Utiq; tibi filij fortè nihil boni præstiterunt, cùm tamen DEUS quotidie sua in te effundat beneficia. Illi, & legi naturæ restitutionem præcipienti morem age. P. quid faciendum, propono restitutionem? C. nonne id in anteactis confessionibus promisisti? P. omnino ita. C. promisisti, nec fecisti ani-

mam perdidisti. Si vis à peccati absolutionem, fac primò restitutionem. Lusisti alios fictis propositis, & me ludes. &c.

Secundus Amethystus, qui vini rubri colorem præfert, & ebrietatem reprimere creditur.

Alias-
Ratio agendi cum ebrietatis osore

PÆnit: Plus æquo punivi famulum ebrietati deditum, ipse plectendus, nam bibi coactus, propter solam voluptatem, & victus
122 aliena importunitate, inebrievi me, non advertens periculum ebrietatis. Item concitavi quendam ad blasphemias, eius ebrietatem sine vi illat impediendo. C. prævidistine id? P. prævidi. C. debuisti potiùs permitter

ebrie-

ebrietatem, ut pote minus malum. Sic determinato aliunde ad peccatum potest svaderi minus, ut avertatur maius crimen &c.

Tertius Azbestus, qui semel accensus, susceptos detinet ignes extingviq́ nequit.

Alias-
Ratio agendi cum habituato peccatore.

PÆnit: Sæpe inadvertenter pejeravi ex consvetudine. C. raró quis ex consvetudine mortaliter mala aliquid faciens, facit sine ulla advertentia malitiæ, aderit enim communiter advertentia saltem virtualis sive tenuis, & quasi imperceptibilis quæ prout sufficit ad actu bene operandum, sic ad actu peccandum. V. LaCro-

LaCroix n. 974. Accusasne te, si advertenter pejerasti. P. accuso C. esne conatus hanc malam consvetudinem extirpare? P. non adverti ad hanc obligationem. C. quivis tenetur amovere causam peccati etiam materialis, si nihil obstet. P. quid hoc est peccatum materiale? C. quod fit cum usu rationis, sed sine advertentia mali. P. mi Pater porrige modum huius consvetudinis tollendæ. C. à mendacijs abstine, & quoties te deprehendes mentitum, pœnam aliquam tibi impone. P. in ebrietate plena v. 15. commissa, contumelijs graviter inhonoravi personas honoratas, an teneor deprecari? C. non teneris si id non prævidisti. P. prævidi v. 9. C. teneris læsum honorem reparare. Si in ebrietate occideres prævidens, nec sufficienter præcavens malum, tenereris ad restitutionem damnorum ex homicidio. P. hæ contumeliæ nec materialiter fuerunt peccata, nam processerunt à me ebrio,

veluti

veluti à psittaco. C. at fuerunt pec-
cata in causa ebrietatis. P. Ebrietas
non potest causare verba utentis ra-
tione. C. quid tum: sed tu scien-
ter dedisti causam contumeliarum vo-
luntariè te inebriando. P. solebam
me exponere periculo peccandi. C.
quo peccato? P. mortali. C. qua
specie peccati & quoties, & an peri-
culo proximo? P. non capio quid
sit periculum proximum? C. quod
sæpe conjungitur cum peccato. Hinc 124
qui scit si decies, accedat tale con-
sortium, se octies, vel septies ca-
dere, periculum illi est moraliter cer-
tum, si autem ter, aut 4ter solum
cadat, est periculum tantùm probabi-
le. V. Gobat n. 527. P. exposui
me periculo ebrietatis ter. C. dic
quo genere potûs excedis? P. vino
adusto. Detrahebam alijs sæpe in re
gravi. C. in quo eorum læsisti fa-
mam? P. dixi de ijs. quod sint su-
perbi, iracundi, parci prodigales, in-
vidi. C. hæc vitia non sunt inju-

riosa

riosa valde, nec multùm detrahunt de existimatione famæ apud ignorantes illa P. plura non memini, de peccatis doleo. C. pro pænitentia 10 diebus etiam interruptis quibus placuerit, abstinebis à vino adusto, amore Christi felle poti &c. &c.

Quartus carbunculus, qui Ruellio teste, gemmis sui imaginem imprimit.

Alias-
Ratio agendi cum scandaloso Sacerdote.

PÆnit: Gulâ victus comedi carnes 4. septimanis quadragesimæ ut videntes inducerem ad idem nefas C. quoties singulis diebus hæc fuit comestio? P. bis. C. quot tali esu conjecisti in gravem difficul-
125 tatem & tentationem, cui difficillimè poterant resistere. P. conieci 4. C. dæmonis & Lutheri Apostolum

gisti. P. locutus sum turpia cum desiderio ad liberas, prævidendo hinc lapsum audientium. C. quoties locutus es cum tali desiderio & ad quot liberas? P. locutus sum ter cum affectu ad liberas duas. C. an singulis vicibus loquelæ, fuit desideriũ ad duas. P. Semel fuit desiderium ad unam, bis ad duas. C. fuitne hæc loquela cum scandalo. P. non fuit cum scandalo directo, quia ruinã proximi non intendi, sed fuit cum indirecto, quia prævidi scandalizandos audientes, & movendos ad peccandũ. An mihi dicenda species peccati, ad quod prævidi movendos? C. aliqui cum Tambur: l. 2. c. 1. §. 17. dicunt, non esse dicendam, quia tale scandalum solùm est contra charitatem debitam proximo, quâ non debet quis illi esse occasio peccati, non autem contra alias virtutes particulares, quæ non obligant saltem graviter, ut vitia contraria in aliis impediamus, sed ut illa positivè non

sva-

ſvadeamus. Sed alij meliùs docent, eũ qui ſcandalizat committere etiã peccatũ eius ſpeciei, ad quã alteri eſt occaſio & debere præter ſpeciẽ peccati, per quod, & ad quod induxit, confiteri quot perſonas & quali peccato ſcandalizavit? P. cum quodam hac intentione ſolebã potare, ut expenſis pecuniis furaretur res maioris pretij. C. quoties hac intentione potâſti? P. vicibus 10. an teneor ad reſtitutionẽ? C. non teneris, quia non peccâſti contra juſtitiã ſed ſolùm contra charitatẽ. Sic non tenetur reſtituere, qui ſolo tantùm exemplo non verò cooperatione aliqua, induxit alios ad furtum P. cantiones obſcænas cum delectatione turpi ſine affectu ad ullum cecini ter. C. an fuit cum ſcandalo? neſcio ullum hinc ſumpſiſſe occaſionem peccati. C. poterasne probabiliter timere, ne per hanc actionem alliciantur alij ad peccatum, qui aliàs non peccarent. P. de tribus poteram timere, de quatuor non, nam horum duo erant valde probi,

bi, duo vitiis carnis dediti. C. ergo sic erat confitendum. Obscænas cantiones cum delectatione fæda sine affectu ad ullum cecini ter cum scandalo trium. P. Horum peccatorum conscius Sacramentum pænitentiæ & matrimonij administravi non 126
præmissa contritione. C. quid inepti? Utiq; soli coniuges sunt ministri matrimonij, parochus autem est qualificatus testis; fortè hic latet aliquod scelus. P. hoc latet, quòd cũ uxore aliena trinam habuerim copulam. C. & confessiones quoties & quot excepisti? P. ter, & hominum decem. Habita etiam copiâ confessarij, celebravi vicibus 10. sed ne indignè consecrarem ad speciem tantum, sine intentione protuli formam. C. grandem idololatriam commisisti; minùs tuum peccatum foret, si præmissa intentione consecrares. An etiam non consecratas hostias pro consecratis dedisti. P. dedi infirmis 10 C. etsi tibi mors intentaretur, non

liceret tibi sic administrationem Sacramenti simulare. &c. &c. &c.

Quintus, Cinædia tumores perlanans, tempestates, & serenitàtes prænuntians.

Aliàs Ratio agendi cum superbo.

PÆnit: Putabam ter, me habere à me ipso bona naturæ & fortunæ. C. bona ista an sunt dona? si sunt dona, sunt alicuius dona, sed non alterius nisi D E I, dicentis. Quid
127 habes quod non accepisti? P. jactabam me scientiâ. Aliqua feci exteriùs, ut Sanctus viderer, sed intus volui esse malus. C. an per mortalia? P. per venialia? Appetij dignitatem, ut liberius peccarem. C.

quo

quo peccato? P. oppressionis pauperum. C. quoties sic appetijsti? P. ter. Munus Judicis assumere præsumpsi, cum gravi aliorum periculo, cùm sim ignarus juris. C. teneris dimittere. Nonne jam hinc aliquod secutum damnum. P. adhuc non. Vanè mihi complacebam in donis D E I. C. imago non sibi complacet in auro, & gemmis, quibus pro processione ornatur: huic assimila te &c. &c.

Sextus Crystallus, cuius origo ad glaciem aqueam diuturno frigore concretam solidatam, refertur à scriptoribus gravissimis. In hist. nat. curiosa Poloniæ.

Aliàs
Ratio agendi cum tepido in DEI servitio.

PÆnit: Actus virtutum raró & valde

valde frigidè expedio. C. unus actus
intenſus facit pro mille remiſſis, ait.
P. Gaſpar Druzbicki f. 99. P. ſine
devotionis fervore bona opera expe-
dio. C. hic panis ſine hoc fermento
D E O non placet. P. Coronas B.
V. & alias privatas devotiones ex
128 negligentia omitto, aut voluntariè di-
ſtractus perſolvo. C. Si loquereris Re-
gi, nunquid ei tergum obverteres,
ut cum lixa otiosè confabulareris.
Percellat mentem illud effatum: *Ma-
ledictus, qui opus D E I facit negli-
genter;* & illud Nirembergij de ador:
in ſpir: *In maximos peccatores libera-
lis eſt D E U S, at erga negligentes
quaſi avarus & parcus; non dat illis,
quod ſæpe dabit potius peccatoribus.*
P. aliqua virtutis exercitia intermi-
ſi, quia ſanctuli nomen mihi ap-
pingi erubeſco. C. dic deriſori mun-
do: non erubeſco nomen Chriſtia-
ni, nec ſanctuli. Utinam ſim San-
ctus, at maximus peccatorum ſum
P. aliena dicta & facta carpebam
&c. &c. Se-

Septimus, Hyacinthus, qui cœli mutationem in se exhibet, tristis die nubilo, die sereno amœnior.

Aliàs Ratio agendi cum inconstante Protheo.

PÆnit: mi Pater ego sum Græcæ fidei unitus, amplecti volo ritum Romanum. C. nefas velle, quod Ecclesia prohibet. P. utiq; fas est Schismaticis etiam ijs, qui quondam erant uniti accedere ad ritum Romanum C. id nulla lex verat. P. at habeo causam gravem quæ me fortè excusat à lege Ecclesiastica. C. quæ est illa? P. uxorem duxi Romani ritûs. Hæc sua Festa & jeju- 129
nia servat, ego mea. Maxima est turbatio, jurgia & maledictiones domi. Rixa nobis dominatur. C. potes

festa, & jeiunia Ecclesiæ Latinæ observare neglectis Græcis, sed communicare debebis ritu Græco. P. accessorium sequitur principale, potiùs uxor servet mea jeiunia, & Festa & communicet ritu Latino. C. si volet, licebit. Persvade illi hoc. P. si non persvasero figam dimicilium in Provincia tali, in qua nullum est templum ritùs Græci & ibi servabo ritum Latinum, & leges Ecclesiæ Latinæ. An id licebit? C. licebit, quia tunc censeberis esse translatus ad ritum Latinum. Sed si redieris ad Patriam, debebis ad tuum regredi ritum. P. in pænam peccati mihi DEUS hanc dedit uxorem. C. cuius peccati? P. religioni nomen dedi sed eam non ingressus vocationem abieci, spe divitiarum & honorum per nuptias obtinendorum. C. gemmam pretiosam pro umbra abiecisti. Status hic amplectendus ad quem DEUS vocat, non ad quem mundus. Multis pessimè

cessit, non DEUM vocantem sed
mundum sequi. Sperabant bona ca-
duca, sed & his, & æternis bonis
exciderunt. P. prospero rerum suc-
cessu nimis efferebar, & rebus in
arctis animo cadebam. Pænitentiam
à Confessario injunctam non imple-
vi ex negligentia bis. C. an g a-
vem & pro mortalibus pænitentiam?
P. ita est. C. imple quamprimùm.
Pænitentia gravis pro mortali obli-
gat sub mortali. P. & pænitentia
levis pro mortalibus an obligat sub
mortali? quia etiam levem pro gra-
vibus noxis quandam non implevi.
C. levis non obligat sub mortali.
P. petente vidua officium pro defun-
cto absolvi. C. si officium defun-
ctorum vel parvum B. V. M.
quid hic noxæ? Monstra,
quæ monstra sub hoc pal-
lio latent? P. adulteria
tria &c. &c.

Octavus, Magnes, qui non solùm ferrum trahit, sed vim communicat attritus.

Aliàs-
Ratio agendi cum fure.

PÆnit. Adhuc puer furatus sũ tres
aureos, & id in confessione pu-
dor reticuit. C. an jam in alia con-
fessione detexisti. P. nunc primò
detego. C. in quot postea confes-
sionibus hoc nefas scienter reticui-
sti? P. in nulla. Alias enim con-
fessiones bona fide feci, furti istius
immemor. C. confitearis peccata
mortalia in illa confessione sacrilega
180 detecta. P. tunc sola venialia con-
fessus communicavi. Porro hos au-
reos domino reddendos, an possum
dare illi virgini, quam scio ver-
sari in extrema necessitate Spiritua-
li & corporali, velleq; vitam fame
attri-

attritam protrahere, pro mercede pacta, pluribus concedendo sui corporis usum? C. licet in extrema necessitate dum probabiliter imminet periculum mortis corporalis vel Spiritualis indigentem sublevare etiam ex alieno. V. Croix. P. alios consilio, & hortatu induxi ad faciendum grave damnum in horto, C. teneris totum restituere. P. vix ego aliquid hinc participavi, reddam, quod ipse accepi. C. si socij suas restituerint partes, tu reddes quod per te accepisti. P. illis hæresis non permittet restitutionem. C. hanc in solidum tibi persvadeat Sancta fides. Dic an restitues totum? P. restituã. C. non satis tibi credo, vade priús restitue, & tunc venies pro confessione. P. mi Pater, ego peregrinus prohibebor ad te reditu, propono restitutionem, non differ absolutionem. C. fors etiam tibi aliàs contigit furta confiteri, an jussus fecisti restitutionem? P. feci. C. scio te peccaturũ

turũ mortaliter, ſi non curabis ſtatim reſtituere, quoties tibi ſe occaſiò reſtituendi offeret. P. at dubito an tenear ad reſtitutionem, quia hoc damnum tali Domino intuli, qui mihi mea unius anni obſequia non ſolvit. C. quanti æſtimas ſtipendium retentum & quanti damnum hortenſe? P. damnum fl. 30. plus minus ſtipendium fl. 50. C. damno per te facto tibi Dominus ſolùm debet 20. fl. hos ſolùm potes requirere damno non reſtituto. P. furatus ſum rem meã alteri. C. utiq; furtum eſt ablatio rei alienæ invito rationabiliter Domino? P. hæc res fuit etiam aliena quo ad legitimã eius detentionẽ & fuit 2dùm quid Depoſitarij, cui volui intentare litem de hac re. Mihi etiam debitas abſtuli debitori pecunias. C. ſi probabiliter debitas teneris reſtituere. P. certò debitas. C. potuiſtine eas commodè exigere corã Judice? P. non potui probare debitum. C. nonne hinc alij

vene-

venerunt in suspicionem furti cum gravi suo damno. P. ita est: sed ego id non intendi usus iure meo. C. cura, ne tibi debitor iterum solvat, quod jam invitus solvit. P. furatus sum summā magnā cum animo intra quadrantē horæ restituendi, an peccavi mortaliter? C. non, quia tali furto grave non infertur damnū, nec est diuturnæ retentionis periculum, nec Dominus graviter invitus. P. post levia furta abstuli quandam rē levē; quâ gravis quantitas est completa. C. restitue. P. utiq; non teneor sub mortali. C. teneris, liber enim tuus consensus in grave damnū totum fuit pecc: mort: sic peccat si ad gravem materiam veniat, qui die jeiunij comedit sæpius pauca, qui omittit multas partes Horarum, qui die Festo multa parva opera servilia exercet. P. utiq; ultima acceptio solum leviter concurrebat ad quantitatem gravem addendo tantùm aliquid leve, sed priores acceptiones non

erant

erat mortale. E. nec ultima. C. ita arguit Lessius &c: sed LaCroix negat consequentiam; quia ultima acceptio habebat pro objecto omnes, priores verò acceptiones non respiciebant posteriores. P. meæ acceptiones priores respiciebant posteriores, quia per singulas earum volui pervenire ad magnam quantitatem. C. singulis acceptionibns his peccasti mortaliter, dic quoties eas fecisti? P. v. 6 De his & alijs doleo &c. &c.

Nonus, Mindan nivei coloris, qui à se feras longe arcere dicitur.

Aliàs-
Ratio agendi cum juvene casto.

PÆnit: Quendam ad maledictiones provocavi, libro eius clam combusto. C. compensa damnum P. ille liber tractabat de rebus venereis. C. bene egisti comburendo. P. cantiones obscænas, & verba turpia ali-

quo-

quoties auribus excepi. C. an cum
turpi delectatione? P. cum torvi
vultus indignatione. C. abscedendū
erat è loco. P. penetrabile frigus a-
durebat. C. corripiendum impudens
os P. putavi me nihil mea cor-
reptione effecturum, nec teneri ad
inutilem actionem. Sine necessitate 131
quidpiam in materia lubrica legi ex
curiositate. Hinc exortus in carne
motus, sed mox repressus. Sæpe so-
licitatus à puella ad scelus, duris ver-
bis, & verberibus bestiam abegi. C.
hoc fac, & vives. Dic tali lupæ:
nolles peccare in publica platea in-
spectante populo, & vis peccare in
oculis Angelorum & Supremi Judi-
cis, qui te potest in actu peccati
perdere. P. turpia phantasmata &
pollutionem habui in somno, sed &
tunc tam fortem ponebam dissensum
ut evigilarem præ lucta: expergefa-
ctus tamen non repressi sed permisi
absolvi pollutionem ex causis natu-
ralibus inceptam, ne aliàs noceret
vale-

valetudini. C. licere id docent multi, si non sit periculum consensûs in delectationem. P. de tali pollutione gavisus sum, quia fuit causa alicuius boni: dubito an id licitum C. Lugo, Sporer docent esse licitum; sed hæc sententia vicina est prop: 15. damnatæ: Licitum est filio gaudere de parricidio Parentis à se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas. Hinc dico cum LaCroix l. 3. p. 1. Sicut licitum est gaudere tantum de hereditate post mortem Patris obtenta non autem de ipsa morte, sic solùm licere gaudere de effectu post pollutionem secuto, non autem de pollutione secundûm se &c.

Decimus, Nimphaus qui pluvijs incidentibus accenditur.

Aliàs

Ratio agendi cum iracundo.

PÆnit: Ex indignatione, quòd me indigne tractet, contempsi graviter proximum bis, & odio gravi habui ter. Diutius iram retinui, cogitando modum, & media vindictæ gravis ter. Iratus, eleveta voce multa inordinatè & confusè locutus sum. Ex ira pluvijs & ventis simul, ut á DEO immissis, maledixi bis. Optavi mortem proximo ter. C. si propter Spiritualem utilitatem subjecti, vel temporalem communitatis, excusaris? P. propter privatum commodum &c: 132

Undecimus Astroites, qui est stellulis nigricantibus insignitus.

Aliàs
Ratio agendi cum probo defectibus suscato.

PÆnit Nonnulla captandæ popularis auræ gratiâ dixi, & feci.

Negli-

Negligenter attendi concioni in templo, neglecta oratione oculis vagabar & eos defigebam in vultibus etiam puellarū cum delectatione non turpi sed tali, qualis est ex visione horti amœni, vel prati. C. *deprimendi sunt oculi quasi quidam raptores ad culpam ait S. Gregor: & intueri non decet quod non licet concupiscere.* P. tange-
133 bam facies puerorum cum delectatione purè sensibili, quæ oritur in appetitu sensitivo cum aliqua corporis alteratione per motum spirituum vitalium, propter solam proportionem quam res talis habet cum organo talis sensus sine ulla commotione circa partes genitales. Et hanc delectationem quæsivi propter ipsam quia placet sensui, sistendo in ea. V. LaCroix lib: 5. num: 94. Cogitationibus venereis inhæsi cū delectatione merè, quæ in sola volūtate fuit sine ulla turpi commotione. C. fuitne hæc delectatio practica & morosa? seu an illam voluntas tua adver-

tenter, & deliberatè admisit, & in ea moroabatur. P. ita est. C. cur hujus noxæ non dixisti numerum? P. non habui pro mortali peccato delectationem de re venerea merè Spiritualem. C. omnis delectatio morosa venerea est mortale peccatum, si provocet ad amorem vel desiderium objecti delectabilis. Non enim in materia luxuriæ datur parvitas materiæ. P. Tabaco nasali sum usus ante communionem, sed audivi id licere. C est quidem Urbani VIII. constitutio 161. & Synodi Coloniensis p. 88. prohibitio, ne ullus Clericus vel Laicus ante missam vel communionem sumat tabacum nasale ut habet LaCroix n. 560. Sed hæc lex non est sufficienter promulgata, vel ei per consvetudinem derogatum; cùm multi docti & pij viri, ante tempus communionis etiam non compulsi casu necessitatis, utantur talibus tabaci deliciis, à quibus si vel unâ horâ abstinerent, non unam in

Cælo Coronam mererentur, & quidem maiorem, quàm si disciplinam per Miserere facerent. Bonum est jeiunium etiam nasi, in habituatis fortè præferendum triduanis jeiuniis. P. superfluus fui in cibo & potu, unde prævidi secuturas pollutiones in somno. An per hanc superfluitatem peccavi mortaliter? C. non, sed solum venialiter, contra solam virtutem temperantiæ ut docet Rhodez d. 1. q. 2. f. 2. Sporer tamen dicit, hunc excessum etiam esse veniale contra castitatem, quia videtur esse levis deordinatio contra castitatem ponere sine causa aliquid remotè & per accidens causativum pollutionis. V. Croix. P. mi Pater ego in arcto jeiunio experior me maiores pati tentationes quam si ad satietatem comedam? C. id potest refundi in excessum in cibo, & potu antecedentium dierum, tanqnam in causam per accidens, vel in dæmonis ignita tela, quibus etiam anachoretæ ardebant

debant, quorum membra jeiunijs pallebant. P. proximum temerè judicavi in re levi. Mentitus sum; conquerebar in adversis. Tempus in otio trivi, maledixi alteri, & contumeliosa verba dixi sine læsione gravi. Plura non memini, de omnibus doleo &c: C. potuisti ad maius meritum dicere numerum etiam venialium. P. utiq; non teneor. C. in te DEUS quotidie multa congerit beneficia & tamen ad nihil tenetur. Pro pœnit dices 5. Pater noster & Ave Maria &c. &c.

Duodecimus Chalcedonius, qui varios colores refert; pro diversitate luminis, cui exponitur.

Aliàs
Ratio agendi cum obnoxio variis noxis.

PÆnit: Ædificavi homines. C. quid hic mali? ægritudo medico
134 detegéda, non sanitas. P. ædificavi homines. C. quis latet angvis in herba hac? P. ex fornicatione trina nata proles gemina. C. sic erat prius scelus pandendum. Teneris providere alimenta proli. P. mater providebit. C. mater primo triennio nihil tenetur dare, præter lac proli etiam illegitimæ. P. dubium est, an hæc mea est proles. Nam mater etiam fuit cognita ab alio, & dubitat an ex me, an ex alio conceperit. C. bini posuistis causam generationis, bini ad alimenta concurrite & æqualiter onus sustinere, nisi alter vestrum est ditior. Hic enim plus tenetur contribuere. P. mi Pater videtur esse iniquum, ut ex dubio fundamento oriatur certa obligatio, hic autem fundamentum obligationis est paternitas quæ respectu utriusq; est dubia. C. ad quem physi accedit proles. P. ad me C.

militudo te probat esse Patrem. P. similitudo hæc potest referri in imaginationem matris, me tempore conceptionis in phantasia habentis. C. ita quidem P. ergo non teneor ad alimenta tali proli? C. sententia communis apud Lugo de just: d. 3. dicit teneri. Gobat tamen & alij docent in hoc casu neutrum teneri ad alendam prolem, & hæc à neutro posset aliquid surripere, ideoq; illi debere provideri á matre, ac si plene nesciret quis eam cognovisset, quia singuli sunt in possessione contra prolem exigentem alimenta, & cùm ipsi sint rei, proles autem sit actor, huic incumbit probatio, quò ille sit Pater, à quo aliquid id ideo exegit quia dicitur esse Pater. Actore autem non probante absolvitur reus. P. corrupi jeiunium. C. an fortè die esuriali nihil comedisti? P. comedi bis carnes residuas die cinerum. C. sic erat confitendum, nec ineptis terminis involvendum nefas. P. volui

non intelligi. C. accuſasne te de hac ineptia? P. accuſo. C. veniſti conſcienciam loturus & illam in hoc Sacro & pellucido fonte inquinas. P. deriſi alterum. C. nonne ei nocuiſti? P. nocui: hucuſque oſſibus convulſis, nec manibus, nec pedibus valet. C. nonne tu es veneficus? P. non ſed ſapiens. C. unde tibi hæc ſapientia ſtulta? P. magiſtro diabolo. Poteſne ſine novo maleficio perſanare maleficiatum. P. poſſum quibusdam ſignis ſublatis. C. fac hoc & damnum compenſa. P. ſi fecero, dæmon in me deſæviet. C. non deſæviet, tantùm ei nuntium remitte & prorſus eiura tyrannum. Revertere ad DEUM Patrem tuum, ipſe erit Protector tuus: Imaginem S. Ignatij & alias Reliquias SS. ſemper tecum deporta, non audebit ad te accedere ſtygius hoſtis. P. Reliquiarum nulla mihi eſt. C. meo beneficio erit. P. adulterium commiſi cum Berta, an poſſum illi nubere

bere

bere, ſublato per me é vivis eius ma-
rito, illâ inſciâ nec unquam in cæ-
dem conſenſura. C. ſi ideo occi-
diſti maritum, ut cum eius conſor-
te liberius peccares; non habendo in-
tentionem ei nubendi, potes nube-
re P. occidi quia mihi certum e-
rat, eum propter hoc nefas meæ vitæ
inſidiari. an cum moderamine incul-
patæ tutelæ occidiſti? P. nihil mi-
nus ſperantem in via ſilveſtri occi
di. C. intentio nubendi ſemper præ-
ſumitur in foro externo, quoties
occiſor vult contrahere cum adul-
tera. P. at ego certus ſum, nun-
quam me habuiſſe intentionem Ber-
tæ nubendi. C. ſi ita eſt licebit il-
li nubere. P. ſcelus proximi confi-
tentis auditum uni revelavi. C.
commiſiſti peccatum ſacrilegij faci- 135
endo contra reverentiam debitam Sa-
cramento. P. ego laicus non teneor
ad ſigillum confeſſionis. C. omnes
tenentur ad quos ex confeſſione ſo-
la, pervenit notitia peccati. P. ſed ſi

esset aliquod veniale, an peccarem graviter illud detegendo. C. non datur parvitas materiæ in materia sigilli. Vide P. LaCroix & Busemb: l. t. 4. c. 3. P. meus Parochus scrupulum non habet, revelando peccata suorum pœnitentium etiam de nomine. C. secutus es peccantem, sequeris pœnas æternas dantem, si pœnitentiam non feceris: fuitne hæc revelatio cum damno famæ? P. scienti aliunde hoc nefas mihi aliàs ignotum, dixi. Jeiunium diei unius bis violavi comedendo gulosè lacticinia. C. nonne obligaris etiam aliunde ad hoc jeiunium. P. obligabar quia illud & superior mihi graviter præcepit, & confessarius injunxit & ego ipse DEO vovi. C. sic tibi erat hoc nefas explicandum. Una die bis lacticinia edendo violavi jeiunium lege Ecclesiastica, Superioris, Confessarij & voti præceptum. utiq; si in quadragesimali Vigilia S. Mathiæ comedam hic in Polonia cum lacti-

cini-

cinijs, non teneor confiteri circum-ſtantias quadrageſimæ. Vigiliæ, 4. tem-porum. C. rectè judicâſti: Nam in hoc jejunio non ſunt diverſi fines, & motiva diverſimodè obligantia, ut in priori. P. Triſtabar, apud quendam emi merces. C. cur? an ideo quòd homines non emant po-tiùs apud te quàm apud alium, ſi ideo fuit æmulatio licita. P. triſta-bar ideo quia hoc eſt bonum alte-ri, & ego ideo negligor. C. an mo-vebaris affectu removendi illud bo- 136
num proximi? P. ita eſt. C. quo-ties? P. bis. Item bis triſtabar bo-no alterius. C. ſi ideo, quia hoc bo-num fuit tibi vel alijs noxium, aut ideo quia tu illo cares, vel quia proximus illo eſt indignus, excuſa-ris. P. triſtabar ideo, quòd alter me inferior creſcat in excellentia, ita ut me fiat ſuperior, & ego ap-prehendi ipſum incrementum excel-lentiæ, ut mihi malum. Gaviſus ſum alterius malo. C. an gravi

&

& quoties? P. gravi v. 7. Scripta secreta valde, altero gravissimè invitò legi. C. quoties? P. bis. Præsentavi bis ad beneficium, quendam indignum solo respectu humano ductus. C. in gratiam lixæ non auderes offendere Regem. Talis promotio cedit in grave damnum Ecclesiæ, cui etiam debetur restitutio. Damna tenetur compensare ante omnes indignus qui procuravit sibi beneficium post hunc, qui providit, denique cooperatores. P. pollutiones crebras provocavi. C. quoties? P. non assequor numerum. C. quando es ultimò confessus? P. 10. menses hodie finiti. C. an singulis diebus hoc scelus patrasti? P. à mense uno destiti ab hac noxa, quam alijs mensibus singulis diebus exercui bis vel ter cum affectu ad liberas. Cogitationibus venereis delectabar sine affectu ad ullum. C. quoties? P. nescio. C. fuitne hæc delectatio vicibus 100? P. non fuit

C. sed

C. sed totâ vitâ fuit & millies?
P. fuit &c. &c.

CRUX CORONÆ THEOLOGICÆ.

Catholici capitis hæc est Corona, nos tamen ei insertis lapidibus pretiosis, addimus Crucem.

Crux erit infensi mordax censura Theonis.
Fortiter assumptus, Crux fuit ipse labor.

Sed si requiris omnino etiam hic Crucem, sit crux ex Magnete.

Aliás
Ratio agendi cum Magnate arrogante.

PÆnit: Theasauro Regni injurius fui

fui, sed calculatione facta evadam, C. restitutione facta evaditur infernus, non fucis & mendacijs. P. utiq; communitas non est rationabiliter invita, ut pro cura thesauri aliquid accipiatur. C. sed non cum injuria eius. Respublica pro cura hac constituit certum salarium, sine nota furti nefas, plus accipere. P. sed
137 est parvum salarium. C. non erat acceptandum officium, si videbatur parvum salarium. P. mea obsequia salario maiora. C. famulus nequit sine peccato compensare sibi obsequia quæ judicat salario maiora. P Sacerdotum ista sunt commenta, verior est praxis communis. C. penes Ecclesiam est veritas, praxis talis est contra legem etiam naturæ, iniquè accepta restituenda. P. Verbum, quod semel assumpsit, nunquam dimisit. C. nihil huc facit Div: Verbum, sed facit multùm lupus qui raptam ovem devorat, nec restituit. Non lupus sequendus sed Christus, qui ea,

quæ

quæ non rapuit exolvebat. P. me lupum vocas? C. iniuſtitia vocat. Cui lupi nomen exoſum, reddat unicuiq; jus ſuum. P. utique ſine reſtitutione ſalvari poſſum? C. qui eſt reſtituendo, nec reſtituit, ſalvari nequit. P. ego cavebo teſtamento, ut ſucceſſores reſtituant. C. delegationem res iſta non recipit. Verum propoſitum reſtituendi non differt reddere unicuique jus ſuum. P. mi Pater turbas me tua importunitate, ne dicam moroſitate. In trecentis millibus defraudavi bonum commune, & tantam ſummam deberem reſtituere, aliud eſſet de aliquot millibus. C. quo maior ſumma maior obligatio reſtituendi. P. quando reſtituet lupus ovem aſſumptam, tunc & ego reſtituam. C. lupum impotentia excuſat. P. ſed & ego non ſum reſtituendo, nam ablatam ſummam expendi in bona immobilia & mobilia. C. hoc ipſo potentia eſt reſtituendi: ſed mihi non

eſt

eſt potentia iniquum rei alienæ detentorem abſolvendi; niſi firmo ſe obſtringat reſtitutionis propoſito. P. ſummâ ablatâ fundabo aliquot Collegia Societatis. C. fundationes ex bonis proprijs, non alienis DEUS acceptat. P. ſumus in mora, da Pater obſolutionem. C. huic præmittendus dolor cum firmo propoſito non peccandi, & reſtituendi ablata P. quid faciendum jam doleo, & reſtitutionem propono. C. quot actibus hæc ſumma ablata? P. parum refert. C. imò multum ad integritatem materialem Sacramenti. P. tribus actibus, plura non memini. C. præterea nonne aliquod debitum gravat. P. quid ad te mi Pater, ſiquid debeo, tu non ſolves pro me. C. modeſtè reſpondeat Judici reus. P. confitebar ego alijs & nunquam ſic exagitabar. C. confeſſarij eſt etiam quærere de debitis, an illa tempore præfixo perſoluta? an etiam cum gravi damno rationabili-

biliter inviti creditoris retenta? P. dico itaq; me creditoribus 4. tempore quidem elapſo, gravia non reddidiſſe debita, ſed cur me alij Confeſſarij multorum criminum mortalium reum ſic non turbabant? C. fors rudes vel ſurdi erant P. tales ego ſponte quæſivi Nunc pænitet in ſciolum incidiſſe. C. qui ſponte quærit confeſſarium indoctum, ſurdum, cæcum, nec numerum, nec ſpeciem peccati interrogantem, hic pænitens, eſt impænitens: confeſſio eius invalida, & repetenda. P. ego non pro generali confeſſione veni. Abſolve me. C. ad generalem inſtituendam eſt obligatio, cùm præteritæ confeſſiones non fuerunt integræ materialiter idq; mala fidè. Si animus comparabitur pro confeſſione generali intra duas horas, confitenti, hoc loco aures dabo.

At curandum, ut...

Sit

Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis.

PÆnit: Quæram alium mitiorem Confeſſarium. C. per me licet at doctus & prudens quærendus. Non enim imperito medico graves morbos permittimus curandos, ſed peritis præſentibus medicis.

Impoſita Coronæ Theologicæ cruce ex Magnete ſvavi, cordis fer-
138 rum ad aſtra trahente in ratione agendi cum Magnate, reſtant indigitanda crucis talis brachia. S. Bonaventura in Luc. c. 23. ait. Crux, qua mundus latro crucifigitur, eſt paupertas Spiritûs, cuius 4. ſunt brachia; contemptus gloriæ, pecuniæ, Patriæ & Parentelæ. Et crucis in Corona Theologica erectæ totidem ſunt brachia.

Primum brachium dextrum cum lemmate: Dextera tua Domine percuſſit inimicum.

Alias

Aliàs Ratio agendi cum Principe belli justi.

PÆnit: Victoriam ex hoste Patriæ relatam, meæ insolenter dexteritati adscripsi, sed dextera Domini fecit virtutem. Nam in alio conflictu, milite meliûs animato & armato, & hostium minoribus copiijs victricem porrexi herbam. Mea superbia me humiliavit, & elatum cor, militem oppressit. Si mihi prorsus diffisus, in DEI adjutorio totam spem posuissem, vincere potuissem. Accuso me etiam de hoc, quod ante hos conflictus conscientiam non expiaverim: interea ambigo, an tenebar? C. Præceptum Divinum confitendi omnia mortalia obligat per se in articulo mortis, sive hoc sit ex morbo, sive ex periculo mortis in prælio, navigatione;

partu periculoſo &c. P. reſpectu conſangvinitatis fovi tres tales, qui plures perſonas in exercitu repræſentabant, ut plura ſtipendia reciperent. C. eſt obligatio ad reſtitutionem talis furti, & compenſationem damnorum inde fluentium. P. ter offerente ſe occaſione, cúm tenerer vi officij, non corripui eos qui pravum & corruptum victum comportabant, cuius cauſa milites prope 100. mortui cum damno reipub: quod curabo compenſari. Extorſi pecuniam à populis ter, ut eâ acceptâ, exercitum aliò transferrem, ſed & hoc gravamen beneficio reſtitutionis alleviabo. Pro damno levi in horto, facto contra ſeveram prohibitionem, occidi unum militem Sacramentis non expiatum, diſciplinam militarem meâ conniventiâ collapſam volens erigere. Summam trium millium in militem partiendā in meos uſus converti, ſed reſtituam. &c.

Secun-

Secundum brachium sinistrum cum Epigraphe: In sinistra illius gloria & divitiæ.

Aliàs
Ratio agendi cum divite avaro

PÆnit: In necessitate positis negavi eleemosynam. C. in quali necessitate, an extrema, vel gravi? P. non capio verbum istud. C. necessitas extrema est, ex qua pauperi imminet periculum mortis, quod probabiliter incurretur, si proximi indigentiæ non succurretur; item est illa, ex qua est periculum proximum incidendi in tale malum quod morti æquiparetur, ut est perpetuus carcer, amissio, mutilatio manuum, proximum peccati gravis periculum ut si quis ob inopiam vellet se interficere. Necessitas gravis est, 139

cùm quis ob egestatem in periculo, ne incidat in miseriam magnam, quæ vitam valde molestam faciat, ut si quis è statu commodo, dejectus, cogeretur victitare solo pane, & oleribus; vel ita qui esset nudus, ut ei præ frigore immineret periculum gravis morbi, vel qui longo tempore in carcere permolesto tenetur, vel dura premitur servitute. P. in his necessitatibus negavi eleemosynam. C. quoties hæc negata in extrema necessitate etiam ex bonis aliquo modo ad statum necessarijs? P. 7. C. quoties in gravi? P. fortè non tenemur sub mortali graviter indigentibus dare stipem. C. tenemur saltim ex illis, quæ sunt, statui superflua, nec necessaria ad statum præsentem satis commodè ducendum, si putemus alios non succursuros. P. negavi quinquies. C. Christus in paupere eget: si pauperi non succurrimus, Christo non succurrimus, à quo habemus quid-

quid

quid habemus. P. timendo malum temporale, non impedivi peccatum mortale proximi, cùm faciliter possem. Nimis solicitus fui, de divitijs acquirendis, & conservandis cum inani timore, ne perdantur, vel non acquirantur. C. nonne hæc solicitudo induxit superfluum timorem, & ex hoc diffidentiam ad DEUM? P. induxit ter. Timore etiam Pannico amittendi temporale, pridie Festi decrevi, non audire Missam die Festo, quam tamen audivi. C. an cum morali interruptione repetitum est hoc propositum, & quoties? P. ter Lubricantes famulos pæna gravi non mulctavi. C. defectui levi, pæna debetur levis. P. grave fuit delictum in materia lubrica & venerea. C. an ex hac conniventia pestis hæc propagata, & in quot famulis? P. propagata in tribus. C. non connivemus si damna temporalia in nostris bonis fiant, & connivemus,

si gloriæ DEI sit jactura omni aliâ gravior. P. furem cum erepto mihi violenter aureo fugientem jussi interfici, sed fors licitè, quia in defensionem honoris & aurei. C.
140 defensio honoris respicit hic & nunc lædendum honorem, & non iam læsum: si occisio hæc fuisset in defensionem honoris ignominiosè lædendi, foret excusatio, sed quia fuit in solam recuperationem aurei, culpabilis mortaliter est. Pro recuperatione enim unius aurei nefas occidere furem nisi illi, qui ferè unum solum haberet aureum pro sustentatione sui, & suorum, nec eum posset aliter recuperare.. P. cur etiam non licuit mihi? C. furtum aurei respectu divitis est quid leve in ordine ad occisionem, licèt sit materia gravis in ordine ad peccatum. Licet tamen furem cum re magni momenti valente vg: 40 imperiales fugientem occidere, si aliter nequeat res recuperari. Aliàs si
lice-

liceret absq; vitæ periculo sic rape-
re aliena, multùm cresceret hominum
malitia, & audacia. Talis enim fu-
giens re ipsa censetur aggredi bo-
num, quod rapit: non item cense-
tur aggredi honorem, dum impa-
ctâ vg: alapâ fugit. Vide Jllsung
t. 3. n. 94. P. fæminam coegi ad
monasterium. C. Concilium Trident
Sess: 25. de Reg: c. 18. excommu-
nicat cogentes ad Monasterium ali-
quam mulierem effectu secuto. P.
utiq; non incurrerem excommuni-
cationem, si aliquem è masculis
cogerem. C. Trident: solùm loqui-
tur de fæmina. P. sed levi tan-
tùm metu coegi. C. si levi solùm
metu non incurristi hanc censuram;
sed cur hæc coactio facta? P. ut
renuntiaret bonis Paternis. C. hoc
est invito eripere jus notabile, &
talis renuntiatio supponit gravem me-
tum, nec est valida, & à jure re-
probata. Vide Sanchez cons: l. 4.
c. 1. d. 34. P. sed ingressa Mona-

steri-

sterium juravit se non revocaturam nec usuram beneficio rescindendi. C. si ita tenetur stare renuntiationi, nisi dispensationem in juramento obtinuerit. V. Lugo de just: l. 22. P. absq; causa collationem sumpsi mane die esuriali, & vespere cænavi.

141 Quoties die jeiunij bibi, toties 5. amigdala comedi. C. qua ratione? P. ne potus noceat, sed aliquibus diebus comedi sæpiùs in fraudem jeiunij ad tollendum ejus incommodum. C. an in fraudem talem comedendo perventum fuit ad eam quantitatem, quæ sufficit ad satiandum appetitum. P. fuit perventum una die. V. Dian p. 1. ref: 24. Comedi carnes in cæna die Sabbati, dubitans an sit hora 12 noctis, sed fors per id non peccavi mort: C. in die Sabbati præceptum est in possessione, ne comedas nisi post horã 12. P. tunc etiam peccavi mort: feriâ 5tâ comedendo carnes in dubio an sit hora noctis 12. C. in tali dubio

liber-

libertas est adhuc in possessione edendi, nisi sit 12. P. curavi non dari operarijs esuriales cibos, cum gravi eorum murmure, & maledictionibus, nisi in ea quantitate, quæ sufficit laborantibus leviter. C. sartoribus pictoribus, & alijs, quorum labor levis est, hæc quantitas debetur: sed agricolæ & graviter operantes, excusantur á quantitate. Non alligabis os bovi trituranti. P. pro salvanda vita ex consilio medicorum directè procuravi bis pollutiomem. C. impium consilium juxta omnes. P. semen hoc erat aggressor vitæ meæ. C. erat aliâ viâ occurrendum tali aggressori. P. hæc non supererat uxore valde distante, & morte vicina. C. non tamen erat procuranda pollutio, cùm in ea sit periculum consentiendi in delectationem. P. utiq; ad conservationem vitæ matris aliàs morituræ, licita est expulsio directa fætûs inanimati, adeoq; idem dicendum de pollutione in meo casu. C. 142

nec

nec tunc licita est directa expulsio fætûs, quia semper est periculum
141 homicidij, cùm incertum sit, quando nam fætûs animetur: sunt gravissimi Authores dicentes fætum quandoq; primâ vel 2dâ vel 3tia die animari post conceptionem V. Croix P. utiq; aggressorem vitæ, licet occidere privata authoritate, semen autem in meo, & fætûs in allato casu est aggressor vitæ. C. etiam aggressorem non licet directè occidere, nam id esset agere ultra moderamen inculpatæ tutelæ. Nam sine hac directa intentione potest se quispiam sufficienter tueri intendendo tantum defensionem sui. Vide S. Thom: 22. q. 64. ar. 7. Etsi etiam opposita sententia Lessij l. 2. c. 9. &c. sit satis probabilis. P. in servi adscriptitij glebæ, aliquoties sine justa causa profugi fronte, jussi artificialis aquæ morsu exprimi aliquot initiales literas signantes nomen meum, & eius conditionem, sed id

ci ſine damno ſanitatis & in vim lterius gravioris pænæ, dubito an licitè? C. pænam hanc exoticam, nec lege vel conſvetudine ſtatutam, Viri docti cenſent rectæ rationi diſſonam, & per eam hic ſervus in locis, in quibus poſt hac verſabitur, reddetur infamis, nec poterit propter talem infamiæ obicem, ſibi fugâ conſulere etiam in caſibus in quibus fas eſt ſervo, à Domino fugere, ut ſi ſit periculum proximum mortis corporalis, vel Spiritualis, niſi fugiat. P. credulam aurem dedi detrahenti duobus in re gravi cum damno magno famæ. C. præpedienda erat detractio triſti vultu, vel abſceſſu, aut exemplo de S. Vitale publicè infami ob falsò ſibi affictos cum ſcortis concubitus, vel illo dicto. Non omnia veritati conſonant, quæ per hominū ora ſonant. P. requiſitus ad ſolvendum pium Patris mei legatum ineptè repoſui, vel meus inferni vel purgatorij ignibus examinatur Pa-

ter? si primùm, non indiget ullis suffragijs: si secundum, det pænas delictorũ: patiatur interea, certus æternæ vitæ. Pro mensura peccati sit plagarũ modus. C. hominẽ exuit talis filius qui Patrẽ in extrema necessitate non juvat, feris quàm hominibus similior. Redde quod debes. P. at forte nihil debeo, quia Patris testamentũ causâ pietatis factum caret solennitate requisita à jure. C. probabiliùs est ultimas voluntates obligare saltim in conscientia, quamvis fiant sine solennitatibus à jure requisitis. P. mihi licebit sententiã solùm probabilem sequi. C.
143 & licebitne Patri è flammis purgantibus manus tendenti non succurrere? P. quis scit an est in purgatorio? si non est, damnũ patiar, pium legatũ reddendo. C. hæc redditio si non animæ Patris, certè danti, vel animabus consangvineorũ, multùm proderit. Ergo nec in Patrem nec in te vis esse pius? An ignoras quod

Psal-

ſaltes ait: *Beatus qui intelligit ſuper enum & pauperem, in die mala li- rabit eum Dominus.* Impietas in a- imam Patris, non meretur in die ala liberari. P. mi Pater ne me im- ietatis argue. Utiq; quovis Feſto ater & Ave pro anima Patris oro, t pretium rei legatæ dabo Eccleſiæ. . Plebeius quidam legavit pretium ro bove vendendo accipiendum, dan- um loco pio. Uxor ſatisfactura ul- imæ voluntati mariti, bovē ſimul um capone venalē expoſuit. Preti- m bovis gr: 15. caponis fl. 30. aſſi- navit, nec poſſe ſe unum ſine alte- o vendere. Empta merx deſignato retio. Dati Eccleſiæ g: 15. pro bo- e accepti: nonne animus eſt dandi- um ſimili fraude pretium rei lega- æ? P. quidni? debitis enim alijs ealibus gravor. C. cur eorum non uit reſtitutio? P. nemò tenetur ad ctum heroicum. C. vel tanta eſt ifficultas reſtitutionis? fors non eſt unde hæc fiat. P. gloria & divitiæ

in

in domo mea, sed non habeo donum dandi; dando aliquid, mærore contabesco. C. vince te, vince; nam si te viceris, longe majorē coronā habebis, quám alius facilioris naturæ. Nec dic: nemo tenetur ad actū heroicū. Nam id est verum de actu, qui est solùm de consilio, non de præcepto. P. quid tamen prius debeo solvere? C. si non esses solvendo omnibus, deberes primò debita realia exsolvere, postea ultimæ voluntati Patris satisfacere. At quia es tanti, succurre quantocyùs animæ Patris, sicut tibi quondam succurri velles, nec alia solvere differ. Non sis vir divitiarū. Non tibi ut mancipio dominentur opes, potiùs tu earum esto Dominus. Quæ DEUS subjecit pedibus hominis, hæc non in capite, vel corde ferenda. &c. &c.

Tertium brachium superius cum inscriptione:

Durissimum Judicium his, qui præsunt fiet.

Aliás

Aliàs Ratio agendi cum Prælato clauſtrali.

PÆnit: Per diſſimulationes fui cauſa, quòd ſubditi paſſim peccent venialiter, ſed hoc non habeo pro mort: C. notabile malum eſt ſi in communitate Religioſa invaleſcat conſvetudo peccandi venialiter, & reus peccati gravis eſt Superior, ſi per eius conniventiam, ut plurimum, & paſſim non ſervetur aliqna Regula vg: ſilentij, vel ingreſsûs in aliena cubicula ſine venia, licet violatio talis Regulæ; nec veniale eſſet. Obſervatio enim talis Regulæ multùm confert ad decorem, ædificationem, & utilitatem talis communitatis, & ſæpè arcet in ſubditis gravia mala, talia itaq; diſſimulans Superior, infideliter fungitur ſuo officio, & valde nocet communitati, graviuſq; delinquit, quàm ſi admini- 144

miniſtrando temporalia gravem committeret negligentiam. Vide Lugo de juſt: d: 9. P. ſubditos oneravi laboribus, ipſe nihil digito tangens. Cauſavi murmur in ſubditis, negando & non providendo neceſſaria. Dubius hæreo, an hanc prælaturam retinere poſſim, defectum natalium habendo. C. ſolent omnes Religiones gaudere hoc privilegio, non ſolúm ut eorum Religioſi, & ſi defectum natalium habeant in prælatos eligi poſſint, ſed etiam ut in omnibus eorum irregularitatibus poſſint diſpenſari, etiam in homicidio voluntario occulto, ut habet Caſtropalao n. 2. P. malè conſului communitatis paupertati, vendendo fructus agrorum ſine neceſſitate pretio quidem currente, ſed cum damno domûs, nam hoc verè triplo maius pretium clauſtro pro hac merce obveniret &c.

Quartum brachium inferius cum lemmate,
Potestatibus subditos esse, dicto obedire: ad Tit: 3.

Alias
Ratio agendi cum subdito Religioso Regulari.

PÆnit: Regulas mei Ordinis sub nulla culpa obligantes non servavi. C. singulæ Regulæ Religionis vix 145
possunt violari absq; peccato: ut habet Dicast de pænit: d. 9. Less: in aucta: docens singulas Regulas cuiuscunque Ordinis vix violari posse sine peccato, quia in eo est saltem deordinatio, quod membrum plerumque non conformat se toti, & qui ita transgreditur, ordinarie nimium servit suæ sensualitati, vel valde judicij proprij est tenax, vel impatiens, aut acediosus. P. ego & pro-

 posi-

positum habui tales regulas non servandi. C. certum videtur esse te per tale propositum peccâsse venialiter, quia cùm secundùm tuum statum tenearis tendere ad perfectionem consistentem in observatione Regularum, si has non serves; negligis media ad perfectionem, imò Elizalde docet, tale propositum esse pecc: mort: P. absq; venia egressus sum de die ex claustro. C. si animo pernoctandi extra, peccasti mort: Si id fecisti ex causa justa, cum præsumpta saltem facultate, quando conveniri non poterat Superior nec fuit veniale pecc: P. fuit hic egressus sine justa causa, sine animo pernoctandi. V. Croix n. 93 Rem unam ex tacita, quam defacto censebam existere, alteram ex præsumpta seu interpretativa, quæ defacto non existit, sed existeret si Superior pe-
146 teretur, tertiam ex nulla licentia consumptam non detexi Superiori, sed dubito an tenebar detegere? C. non

tenebaris, ut pote non usurus amplius re, circa quam etiam Superior non poterat amplius disponere. V. Lugo. Unam etiam rem donavi, alteram vendidi sine facultate, an teneor manifestare? C. teneris, quia ad rem hanc repetendam adhuc habet jus monasterium. V. Croix At hæ res an erant materia peccati gravis? P. una erat pretiosa, altera vilis. Deliberavi, an velim in mortale consentire, hoc est hærere, an DEUM velis præferre, an peccatum? Sic te exposuisti periculo proximi consensûs, sed in quale peccatum? P. in mollitiem: Dubito tamen an per hæc peccata deliqui contra vota Religiosa, quia ego servus originarius cuiusdam Domini feci vota Religiosa. C. putat Suarez servos invito Domino validè vovere, nec jus positivum induxit invaliditatem, sed Sanchez, dicit eos invalidè profiteri l. 5. c. 4. Si autem scivit Dominns suum subditum Re-

ligionem ingressum, nec repetiit intra annum, juxta Soarez censetur juri suo cessisse, nec posse postea repetere. P. scivit Dominus meum ingressum. In via longa existens temerè dimisi habitum. C. si ad horam tantum, peccâsti venialiter. P. ad longius tempus. C. cur dimisisti? P. ut sic celarem statum & liberiùs vagarer, C. excommunicationem incurristi. P. aliâ autem hebdomadâ posui, ex principali fine rem gravem furandi, an & per hoc incurri excommunicationem? C. excommunicatio incurritur tunc cúm prima intentio est occultare statum, etiam per superinductas vestes sæculares habitui Regulari; ut docet Sanchez & CC. contra Suarez &c. cùm aliàs facilè posset eludi legis finis, qui est ne quis vagetur. P. cùm essem periculosé infirmus, extremam unctionem suscipere nolui, ratus me statim, moriturum. C. imò extremâ unctione suscepta, multi aliàs
mori

morituri, ſupervixerunt & ſine hac multi fatis ceſſerunt qui ſupervixiſſent. Refertur in Gemma Prædicantium tr: 2. Anonymus magnæ Vir exiſtimationis extremè æger, interrogatus velletne Sacro Oleo ungi? Nolite, inquit, nolite talia loqui: nam omnes qui inunguntur, ſtatim moriuntur: hæc ubi dixit, vixit; ſtultiſſimæ vaticinationis fidem, mendax alioquin vates, in ſe expertus. Cùm verò ferali linteo indueretur, de repente ſibi redditus, elata voce reclufiſq; oculis, quia inquit, ab extremæ unctionis Sacramento ita abhorrui, annos centum purgatorijs in ignibus diſtinebor, reddendus haud dubiè ſanitati, niſi ſalutarem Olei Sacri medicinam reſpuiſſem. Sacra enim unctio non eſt, ut ego malè opinabar, mortis acceleratio, ſed dilatio. Sic locutus iterum vivere deſijt. Tu quòd mortem evaſeris, debes in acceptis D E O. P. mihi à Superiore licentiâ injuſtè negatâ

 uſus

usus sum re, dubitans an liceret? C. non licebat. Sic si iniuste negetur dispensatio, non ideo deobligamur. P. usus sum etiam licentiâ quam Superior antecedens dedit, jam ipse officio perfunctus. C. si hæc licentia non fuit revocata, á Successore, licebat eâ uti. P. fuit revocata. A quopiam habente licentiam dandi accepi 100. imagines, non habitâ veniâ acceptandi. C. si dans erat eiusdem Superioris subditus non erat necessaria licentia acceptandi; dare quippe & accipere sunt correlativa. P. dans erat subditus diversi Superioris. C. accipe licentiam pro re accepta à tuo Superiore. P. A Prælato inferiore obtinui pro quadam re licentiam, quam mihi negavit Prælatus Superior, imò eam dare prohibuit inferiori. Dubito an hæc facultas valet? C. multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, supposito quòd prohibeantur non irritando actum. V. Croix. P.

aliquo

aliquoties nolui Superiori præcipienti obedire in re levi, aſſerendo me nolle parere. C. ſi expreſſiſſes tunc 147
te eſſe paratum obedire, in materia gravi, ſed nunc te non obedire, quia res nunc præcepta levis eſt, excuſareris à mortali inobedientiæ formalis delicto. P. at id non expreſſi, paratus tunc non obedire etiam in gravi re. C. quoties ſic deliquiſti? P. ter V. Tamburinum. Hæc ſunt mea Religioſi, ſed irreligioſi crimina, impia verò mea nequam Sacerdotis ſunt hæc delicta. Baptiſavi aliquos ſolenniter non benedictâ aquâ. C. quot ſic Baptiſaſti? P. tres. C. an ex commiſſione Parochi? P. ita eſt. Monſtrum procreatum ex homine maſculo & beſtia baptiſavi. C. ſi ſub conditione, bene feciſti, quia fortè fuit homo. P. Baptiſavi abſolutè. Infantem expoſitum cum chartula teſtante de Baptiſmo rebaptiſavi. C. poteras ſub conditione rebaptiſare, quia Bapti-

ſmus

ſmus obſtetricum meritò cenſetur dubius, niſi ſint probè & ritè inſtructæ. Ad hæc infans poſſet á Judæo vel alio execrante Baptiſmum, eſſe expoſitus. V. Gobat t. 2. n. 397. P. puerum proximum morti, veritus Parentes judæos, nolui Baptiſare. C. & vita exponenda eſt pro proximo in extrema neceſſitate Spirituali conſtituto. P. ante ſumptionem calicis certò deprehendi me conſecraſſe aquam pro vino & ſumpſi. C. effundenda erat aqua cum particulá conſecrata in aliud vas & conſecrandum vinum poſt tacitam eius oblationem quo ſumpto ſumenda erat aqua cum particula. P. ego nec vinum turbatus conſecravi: ſine ſpeciali approbatione confeſſiones monialium bis excepi. Uſus ſum notitiâ confeſſionis. C. an cum gravamine pænitentis P. ita eſt, ſed multò maius gravamen eiusdem pænitentis ſequeretur ex non uſu ſcientiæ in confeſſone habitæ. C. per

hoc

hoc non excuſaris à pecc: gravi, quoties fuit talis uſus. P. bis. Sponſo confeſſo mihi multas fornicationes à ſe cum ſponſa commiſſas poſt Paſcha, ſponſam eandem dicentem ſe in Paſchate ultimò confeſſam, negantem omnes fornicationes, quas ſciebat eſſe noxas mortales, abſolvi C. abſolvere non debuiſſi. (Ita Lacr: mox citandus,) ſed tacendo prorſus ſponſi crimina, debebas diſſimulanter ſuper eam dicere: Miſereatur &c. P. tunc uterer notitiâ confeſſionis. C. licet uti notitiâ con- 148
feſſionis quando uſus nullum infert gravamen, vel incommodum pœnitenti, nec confeſſio redditur odioſa. Item ſi ex non uſu ſcientiæ confeſſionis deberet confeſſarius facere aliquid intrinſecè malum, uſus illius ſcientiæ eſt licitus, & neceſſarius. DEUS enim obligando ad ſigillum non poteſt velle id, quod eſt intrinſecè malum. Exemplum ponit LaCroix l. 6. p. 2. n. 1969

P. non

P. non præmisso saltem actu contritionis conscius pec: mort: Sacramenta ministravi. C. quæ Sacramenta? P. pænitentiæ & matrimonij. C. de matrimonio minus est, huius enim soli coniuges sunt ministri. Dic quoties confessiones, reus pecc: mort: excepisti, & quot hominum? P. excepi ter, sed quot hominum? curiosa est quæstio. C. non curiosa. Nam licèt Gobat Stoz &c: dicunt sufficere si dicatur plures absolvi in mortali; sed veriùs Bonac: Croix &c: docent, debere dici clarè numerum confessionum seu absolutionum, quia quævis absolutio est in se completa nec una spectat ad alteram, & per singulas fit gravis Sacramentis injuria. P. transiens Luteranum ex duello lætaliter saucium, non juvi ad fidem & actus supernaturales, licèt monerer ab alijs officij, hinc in hæresi animam exhalavit. Extremam unctionem invito Parocho bis dedi. Mis-
sam

ſam coram excommunicato vitando celebravi. C. quoties? P. vicibus 30. plus minus. Alienas Reliquias pro Reliquijs Sanctorum propoſui bis; falſa miracula prædicavi ter. 25to ætatis meæ Anno horâ 12. inchoando presbyteratum horâ 11. accepi, putans me excuſari parvitate materiæ. 149
C. non hic parum pro nihilo reputatur quia ab hoc quod eſt parum pendet, impletio totius præcepti. P. hæc ſunt mea regularis vere irregularis omnia delicta, quæ me excruciant, ut pene in deſperationem agant. C. vide quàm verum ſit illud D. Chryſoſtomi de Laz: conc: 4. effatum. *Mulieribus ante partum labor eſt ingens, poſt partum verò relaxatio; ſed dum parturimus corruptos affectus, delectamur gaudemusq; cæterum ubi fuerimus enixi malum illum puerum peccatum, tum conſpecta fœditate partûs, diſcruciamur graviûs quàm mulieres parturientes: hæc aureum os &c: &c:* 150

CLAU-

CLAUSULA CORONÆ.

SAcra litera perhibente, viginti quatuor Seniores mittebant Coronas suas ante Thronum. Ego Coronam Decennij Theologici unà cum Capite coronato mitto, seu potiùs submitto infallibili Sacræ Romanæ Ecclesiæ judicio. Tibi verò Lector prænotatas ante Rationes agendi cum pænitentibus impensè commendo, ut mentem Authoris, & modum procedendi in Sacro Tribunali faciliûs assequaris. Porro ut in occurrentibus quotidiè difficultatibus scias, quò recurrere sit necessum, ostendet viam & manuducet, numerum marginalem indicans sequens.

Index Coronæ Theologicæ

A

B

Bapti-

Com-

Debi-

D

E

Ebrie-

E.

F.

Judex

N.

N.

O.

P.

Pater

Re.

Simu-

Vota

